Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

20. b. 151

Digitized by Google

QUINTI CALABRI
PRÆTERMISSORUM
AB
HOMERO
LIBRI XIV. GRÆCE,
CUM VERSIONE LATINA ET INTEGRIS
EMENDATIONIBUS
LAURENTII RHODOMANNI;
ET ADNOTAMENTIS SELECTIS
CLAUDII DAUSQUEJI;
CURANTE
JOANNE CORNELIO DE PAUW,
QUI SUAS ETIAM EMENDATIONES ADDIDIT.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOANNEM VAN ABCOUDE.
MDCCXXXIV.

Digitized by Google

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

GULIELMO KLERCK,

CIVITATIS WAGENINGÆ CONSULI, DUCATUS GELRIÆ ET COMITATUS ZUTPHANIÆ IN SUPREMA CURIA GRAPHIARIO,

S. P. D.

JOANNES CORNELIUS DE PAUW.

CUr Quintum Calabrum, Poëtam Græcum, illuſtri nomini tuo inſcribam, non mirabuntur ſane illi, qui te norunt, & ne alii, qui vel nunc

ſunt, vel poſtea erunt, mirari queant, dicam liquido & vere; inter omnes, qui Literas Græcas hodie vel publice vel private excolunt, paucos oppido reperiri, qui eas melius, quam tu, intelligant, ſibique reddiderint magis familiares. Optimos videlicet quoſque Auctores Græcos non modo ab ineunte ætate lectitaſti, ſed etiam dicta eorum præcipua memoriæ, quæ tibi feliciſſima obtigit, ita infixiſti, ut illa, ubi tempus & ratio poſtulant, recitare poſſis ea facilitate, ac ſi vernacula eſſent & domeſtica. Atque hoc cum eximium revera ſit, non minus eximia profecto eſt ſuavitas mo-

morum & ingenii, quæ ad illam Eruditionis tuæ præſtantiam accedit, & vi ſua innata effecit, ut eodem tempore, quo Muſis pectus tuum aperuiſti, in id una cum illis involaverint ſuaviſſimæ Charites, non injuria ratæ, nullibi in earum conſortio ſibi melius & jucundius eſſe poſſe. Iſta vero eximia cum aperte in te elucerent, ſimulac primus amicitiæ tuæ mihi conceſſus fuit uſus, & dein magis ac magis ſubinde ſeſe exererent; ita hercule ceperunt animum meum, ut inter omnes Eruditos ſit nemo, quem nunc ego pluris, quam te, faciam: Quod cum libenter privatim tibi declaravi ſæpe, nunc

publice hac occaſione tibi declarare non poſſum non libentiſſime, ut quod pauci ſciverunt hactenus, mox omnes ſciant, & ſic meo in te animo ſatisfaciam. Alia, quæ in laudem tuam plurima dici poſſent, prætermitto, & cum ad curam Gelrorum rei publicæ præcipue ſpectent, omnes & ſinguli, qui in ea hodie vivunt, probe tenent, nec eorum ſeri ignorabunt poſteri: Ea, quæ me totum devinxerunt tibi, commemoraſſe ſufficit. Neque verbum de illis addam, ne vis fiat modeſtiæ tuæ, & ipſe ab ingenio meo recedam, quod vere candidum & ingenuum, ut noſti, a verborum lenociniis

niis alieniſſimum eſt, & laudationes inſanas non invidet futiliſſimo aſſentantium choro. Vale, Vir Præſtantiſſime, & ut hactenus me amaſti, ita me amare perge. Dabam Trajecti ad Rhenum Non. Januar. MDCCXXXIV.

LECTORI

ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ.

Novam Quinti Calabri editionem, quæ ſatis nitida & ſatis correcta eſt, hic habes. Eum multis mendis inquinatum primus Venetiis edidit Aldus: quem Baſileæ ſecutus Freigius, mendorum numerum non minuit, ſed auxit. Inde ad tertiam editionem animum applicuit Rhodomannus, in qua multa quidem emendata, ſed multa etiam denuo ſunt perperam poſita: Secutus autem eſt ille editionem Baſileenſem, quod miror, & Aldinam non vidit, ſed ſolas lectiones variantes ex ea deſcriptas habuit; quo factum, ut dum minus ſedulo inſtituta eſſet collatio, in multis vel hæſerit, vel aliam lectionem commentus ſit, quam quæ apud Aldum extabat, ſyncera & proba: Id videbis ex Notulis noſtris. Ubique enim ipſam Aldinam conſuluimus, & quæ in ea probe excuſa erant, reduximus & probavimus. Notas quod attinet, Emendationes Rhodomanni dedimus integras, idque uno tenore, ſumtis ex Addendis & Corrigendis omnibus illis, quæ Vir Eruditus poſtea vel addidit, vel correxit. Ex

Daus-

Dausqueji autem Adnotamentis non deſcripſimus, niſi ea, quæ ad verborum correctionem pertinent, omisſis paucis, quæ adeo inepta erant, ut ratio eorum haberi poſſet nulla: Infelicisſime enim ille in Quinto Calabro verſatus fuit, & in ipſis illis, quæ excerpſi, tot ineptiarum edidit ſpecimina, ut neſciam, ubi ad animum malevolum, quo Rhodomannum proſecutus eſt, attendo, vicem hominis dolere, an ei ſuccenſere debeam. In Notis noſtris brevitati conſuluimus, ne opus nimium creſceret, & nihil tamen prætermiſimus, quod ad Auctorem intelligendum aliquid conferre poſſet, adeo ut in Calabro, ſi a mutilatis, quæ Libros meliores exſpectant, recedas, nunc nihil fere ſit, in quo merito hærere potes. Aſſervantur in Bibliotheca Lugduno-Batava duo Aldina hujus Poëtæ exemplaria, in quorum uno Sylburgius multa, in altero Falkenburgius pauca oppido manu ſua notaverant: Ea inſpexi, & cum Sylburgiana ita comparata eſſent, ut Viri Diligentiſſimi eruditionem nequaquam exprimerent, Falkenburgiana autem ipſo numero ſuo exiguo vel occupata, vel rectius tradita eſſent ab aliis, ea in hanc editionem noſtram inſerere nolui, & ſibi relinquenda eſſe duxi. Communicavit etiam mecum Vir Cl. Sigebertus Haverkamp aliud exemplar Aldinum, in quo emendationes Joſephi Scaligeri

ri a Libro Primo ad Verſum CCIII. Libri Quarti, ex iplius Scaligeri codice deſcripſerat: quæ cum numero plures, & Sylburgianis longe eſſent meliores, ex illis excerpſi, & ad calcem Libri, ſerius enim mihi innotuerunt, eas exhibui, quæ ab aliis non erant proditæ, ut ne cum moleſtia tua eædem bis terve recurrerent. Exſpectas, credo, Lector, ut de ipſo Auctore nunc pluſculis tecum agam: Sed id fruſtra certe exſpectas, ubi de eo non niſi perpauca ſuppetunt mihi. Accipe ea: Smyrnæus, an Calaber, fuerit Quintus, ignoro: Et fors neque Smyrnæus fuit, neque Calaber, ſed alibi lucem adſpexit primum. Qui ex loco notiſſimo Libri XII. Smyrnæum fuiſſe, & non procul ab Urbe Scholam habuiſſe ſcribunt, conjectura nitun-

tur admodum levi: Id certum, & ab aliis recte jam obſervatum. Vixiſſe eum Seculo quinto poſt Chriſtum natum Rhodomannus ex ſtylo ſatis probabiliter colligit: qui Scholaſticus ſane & elumbis: Adeo ſcilicet verboſus eſt Quintus, ut li ocioſa & ſuperflua tollas, pars tertia fere Operi decedet. Multa etiam in eo, vel nimis flaccida & depreſſa, vel nimis tumida & elata: Et hoc Seculi vitio adſcribendum, quo Studia jam multum decreverant, & Poëſis verum ac genuinum colorem amiſerat: Docti ſciunt; quibus hæc ſcribo, non indoctis: inter quos ſine dubio ille, qui

nuper

nuper ſubodorari non potuit, ea, quibus Philen ex Libro Anglicano auximus, non ab ipſo Phile, ſed alio quopiam conſcripta eſſe poſt Philen: Homo bellus, cujus deliramenta bella mihi fuerunt oblectamento. Viſne, Lector, aliquid vere egregium? Opuſculum Philæ de *Animalium Proprietate*, quod cum omnibus Viris Eruditis ſcriptum putas Seculo tertiodecimo exeunte, vel Seculo quartodecimo ineunte, Χρονολόγος ille novus ad finem Seculi quartidecimi, vel initium quintidecimi refert, & integrum fere Seculum ſtatuit recentius. Unde illud, rogabis: Dicam: *Manuel* prænomen Philæ notiſſimum tenes: in eo ita defixa fuit Viri Perſpicaciſſimi diligentia, ut pro Imperatore *Michaele Palæologo Juniore*, cui Jambos ſuos dicavit Auctor, quique imperare cœpit Anno MCCLXXXXV, & mortuus eſt Anno MCCCXX, ſumſerit bono animo Imperatorem *Manuelem Palæologum NB. Juniorem*, qui ad imperium accesſit A. MCCCLXXXIV, ut ille ſcribit, vel A. MCCCLXXXVII, ut alii ſcribunt, & diem obiit ſupremum A. MCCCCXXI, vel MCCCCXXIV. Quid ais? Hoc adeo egregium, ut nihil revera magis. *Euge*, *Sophos*, *Euge*, *Sophos* igitur acclama Delicatulo voce benigna ac læta: Sic gratiam ab eo inibis, & *dapibus Siculis* te laute & magnifice excipiet brevi. Vale

RHO-

RHODOMANNUS

IN

PRÆFATIONE.

DE Poëta igitur quid dicamus? Hujus præter unum atque alterum e Græcis, & quidem recentioribus, nemo in ſcriptis ſuis mentionem facit; aut ſi qui fecerunt, horum tamen monumenta noſtros hucuſque oculos ſubterfugerunt. Mira hæc atque inſolens in Poëtam longe præſtantiſſimum fortunæ iniquitas videatur, ſi non eidem quoque ſorti ipſum nobis Homerum, præceptorem ejus, obnoxium Deus feciſſet. Cujus, præter ſolum nomen & poëſin, quid certi habet tota exinde ad hodiernum uſque diem poſteritas? At huic noſtro ne quidem nomen remanſit ſalvum. Plerique enim omnes vulgo *Quintum Calabrum* appellant, quaſi Latinus, non Græcus natione fuerit, ideoque Latina, non Græca pronunciandi forma nominari debeat. Feliciter autem evenit, quod cum tota ejus vita ignorantiæ tenebris involuta ſit, patria tamen ſola vindiciis inde aſſerta eſt. Nam Libro XII. & hanc & vitæ quodam modo genus exprimit, ubi ſe Muſarum ovibus paſcendis Smyrnæ operam dediſſe profitetur. *Coïnti* ergo *Smyrnæi* nomen ei, poſtliminii quaſi jure, vindicemus: uti & nobis in hac editione nuncupatur, non rejecta interim & damnata prorſum vulgari & ſuppoſititia Calabri appellatione; indita ei * ab Italiæ in-

† Unde id reſcivit Vir Doctus? In vita Coluthi, ab Aldo ejus Poëmati præfixa, eſt: τοῦτον ἐπιγέγραπται καὶ τὸ παρὸν ποίημα,

inferioris regione, in qua Beſſarion Cardinalis (unus ex Literaturæ Græcæ inſtauratoribus per Italiam) poëma hoc reperit, depoſitum in templo D. Nicolai extra Hydruntem, maritimum Calabriæ oppidum; ut eſt in vita Coluthi, ſuaviſſimi poëtæ. * * Etſi igitur de ætate ejus nihil certi nobis conſtat, floruiſſe tamen virum ſub Monarchia Romana, jam maximam orbis terrarum partem ditione ſua complexa, ut conjiciam me adducit, quod oraculum Calchantis Lib. XIII. de poſteritate Æneæ, tam evidens eſt, ut non divinatorem futuræ, ſed ſpectatorem præſentis Romanorum potentiæ poëtam agere, liquido appareat. Tum quod venationis, Romanis quondam Imperatoribus uſitatiſſimæ (ubi homines cum beluis in Circo, ſeu arena Theatri, ad triſtiſſimum dimicationis ſpectaculum committebant) Lib. VI. meminit. Præterea Character ipſe Carminis γραμματικώτερον elaboratus oſtendit, eum Coluthi (qui ad quintum Chriſti nati ſeculum poëma lepidiſſimum de Helenes raptu conſcripſit) aliorumque illa ætate vigentium, æqualem aut vicinum fuiſſe. Enimvero ſi dictionem Coïnti, Coluthi, Tryphiodori, Muſæi, (illum dico, qui Leandri Herusque amores cecinit) & Nonni, ad examen Criticum vocaris, ſimillimam & fere eandem ſermonis ideam ſtructuræque rationem deprehendes: unde ætate quoque propinquos inter ſe fuiſſe ratiocineris. * * Cæterum ex indicio iſto, quod de ſe ipſe facit, Muſarum oves in liberali Smyrnæ horto ſe

μα, Ελένης ἁρπαγὴ, ἐν Απουλίᾳ. σύνηθες, καὶ γνώριμον, ὅπερ καὶ ἡ ποίησις Ϝ Ομηρικῦ Κοΐντου πρῶτον εὕρηται ἐν τῷ ναῷ Ϝ θείου Νικολάου τῶν Καστούλων ἔξω Ϝ Υδροντος· ὃ ἀνασωσας ὁ θεῖος Βησσαρίων ὁ Νικαίας Καρδινάλις Θουσκουλάνου, τοῖς βουλομένοις ἐκοίνωσε· καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γεγονὸς, νῦν κοινὸν ἔσαι. & nihil aliud. Notandum vero illud ἐν Απουλίᾳ: Nam id minus certe commendat *Calabrum* eo appellationis intuitu.

ſe paviſſe teſtatus; Scholam in Joniæ littore iſto nec infrequentem nec incelebrem habuiſſe poëtam noſtrum, colligere eſt. Nec triviale magiſterium id fuiſſe apparet inde, quod oves ſuas, id eſt diſcipulos, nobiles ſeu fama illuſtres, † περίκλυτα Epitheto ſatis emphatico, appellat: unde ſi divinare licet, id tandem elicimus, Coïntum fuiſſe ex profeſſione illorum, quos Sophiſtas; id eſt philoſophiæ & eloquentiæ magiſtros, Grammaticos, qui poëtarum interpretes erant, & juventutis ſcholaſticæ doctores; florens adhuc Græcia indigetabat. Quid enim aliud per Muſarum hortum & oves, præter quam Scholam, & diſcipulos in ea doctrinæ & eloquentiæ ſtudiis addictos, intelligi exiſtimemus?

† Hodie in agro Smyrnæo oves cauda & pinguedine ſunt eximiæ, ut teſtis eſt Whelerus in Itinerario. Si ætate Quinti ſimiles ibi extiterint, per περίκλυτα μῆλα ipſas Smyrnæas intelligere potes, quæ jure dominii ad templum Dianæ pertinebant. Vide locum & quæ illic noto.

DAUSQUEJUS

IN

ADNOTAMENTORUM PRINCIPIO.

VEterum Scriptorum nomina nothis expungere, ecquid aliud eſt, per Deum immortalem, quam vita functorum umbras ſtylo perſequi, quando eas ferro diverberare non licet? Gellium, Florum, Fenceſtellam nullum nobis reliquum fecit ſcripturientium prurigo. Mittamus hos: De *Q. Calabro* indicio experiamur. *Quintum Calabrum* elimi-

eliminant: *Coïntum Smyrnæum* inliminant. Quo conſilio? quibus indiciis? qua veterum fide? Ad Smyrnam pavit oves, clamant, & hoc verſus ipſius clamant. Ita Parrhaſius, Rhodomannus, alii. Quid poſtea? Nemo igitur homo alibi natus Smyrnæ paſcere potuit, aut etiam, ſi diis placet, ævum agere? Alemanni, quotquot in Belgio bellabantur olim, Belgæ erant? Macedones in Illyria fuere Illyrii? in Thracia Thraces? in Perſide Perſæ? in India Indi, Macedones? Pari ergo delirio quisquis ab Africa Romam venit, Romanus fuit; Afer non fuit. Una eademque ratione conſulatus Q. Balbo mandatus eſt, non Gaditano, non extraneo; ſed viro Romano, ſed Italo: Romæ namque id honoris geſſit. Dicant, & doceant eadem opera Calabro nulli viſam Smyrnam, aut Smyrnæ paſcuales agros. Sed quid ſi contra pertendero ruſticanæ rei peritiſſimos fuiſſe Calabros, & invulgata peritiæ opinione, accitos e Calabria, qui ad Smyrnam rurarentur, & paſcerent, ut olim e Syris, & Getis lecti ſunt ſervi? Hoc eſſe potuit: illud fuit. Silius Italicus:

Cum Calabros urunt ad pinguia pabula ſaltus.

Flaccus Argonaut. Venuſinus vates *Calabri hoſpitis pyra* commemorando laudat, Lib. 3. —— *Calabris redit armentarius arvis*, Horatius Lib. I. Od. 31. *Non æſtuoſa grata Calabriæ Armenta* —— Idem Venuſin. Columella oves numerat generis eximii *Mileſias*, *Calabras*, *Appulasque*. Quid tandem vetat poëtam noſtrum Q. *Calabrum* eſſe, ac dici; eſto ad Smyrnam oves paverit? Sed Smyrnæus eſto, Aſianus eſto, Græcus eſto: unde illi prænomen e Latio petitum? Hoc ut ἑτεροδοξοῦντες obtegant, *Coïntum* volunt, *Quintum* ſcribi gravantur. Belliſſime nugantur. Q. Fla-

Flaminium Plutarchus Κοΐντον Φλαμίνιον ſcribit, nec usquam aliter: Appianus in Civilibus Κοΐντον Οὐαλέριον, Κοΐντον Κεπίωνα; vulgo *Quintum* Valerium, *Quintum* Cepiona, aut pro eodem literam Q. ponunt. Κοΐντον Græci in omni hiſtoria Romana repoſuerunt, ubi Latini *Quintum* poſuerant. Inane ut ſit tam diuturno uſu corroboratam ſcribendi rationem convellere, & Latinis auribus *Koïntum* inſolenter obtrudere: a me eſt doctiſſimus vir Pierius in ſeptimam Æneadem. Verum καινοτομοῦσι κενεμβατεῖν ſolemne eſt. Ex iis non nemo tamen blandiloquentia futili mundo molitur impoſturam facere. Rejicere ſe aut damnare vulgatam *Calabri* appellationem negitat, & ſuppoſititiam vociferatur. Euge vero. Suppoſititia eſt appellatio: rejicere igitur, aut ὀβελίζειν quid trepidas, o iſte, quisquis es? Non animadvertis ſecum valide pugnare, ſuppoſititiam appellationem, &, non rejiciendam, neque damnandam? Damno, & rejicio, quæ ſuppoſititia duco, & mecum alii: tu quid?

ΚΟΙΝΤΟΣ ΚΑΛΑΒΡΟΣ.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Τὸ' ὑπὸ Πηλείωνι δάμη Θεσσέλος Ἕκτωρ;
Καὶ ἑ πυρὰ κατέδαψε, καὶ ὀστέα πάντα κέκαυται,
Δὴ τότε Τρῶες ἔμμενον ἀνὰ Πριάμου πλατὺν ἄεθρον,
Δειδιότες μένος ἠΰ θρασύφρονος Αἰακίδαο·
Ηὔτ' ἐνὶ ξυλόχοισι βόες βλοσυροῖο λέοντος
Ελθέμεν οὐκ ἐθέλουσιν ἐναντίαι, ἀλλὰ φέβονται
Ιλαδὸν πλώσσουσαι, καὶ ἀνὰ ῥωπήια πυκνά.

2. *Καὶ ἑ πυρὰ κατέδαψε, καὶ ὀστέα πάντα κέκαυται*] Legendum videtur *κέκαυτο*. *Rhodomannus*. Intecta igitur Achillis offa fine honore jacebant? Scio lectos cineres. Ovid. Metam.

—— *De tam magno reſtat Achille*
Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

Lectio cinerum fuerit, non oſſium etiam, aut oſſilegium?

—— *Quis enim rogus abſtulit oſſa?*

Lucanus. *Lecta* Achillis offa, immo & *tecta*, ut quæ Corynæus legerat, Æneid. 6. Ad eundem plane modum Homeri verbis Iliad. Ω.

Οσσία πάντα λίγοντο καταίγιδος ὀξέης ὦρτο, ἔταροί τε,
Καὶ τάγε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες.

Excuſa verſio Q. Calabri veterum rituum intelligenti obſtrepit: *Et omnia ejus offa in cineres conſederant*, cum de cineribus ne γερὼ quidem Calaber. Dictum oportuit *Et omnia offa uſta*: Unde *Uſtrina* huic ſupremo officio: non abſumpta, non in cinerem verſa, quæ paſſim legi condique ſueta. Quare lubens volenſque repoſuerim:

—— Οσσία πάντα κέκευθε.

ſe-

QUINTI CALABRI PRÆTERMISSORUM AB HOMERO LIBER PRIMUS.

POSTQUAM ab Achille Pelei nato Hector, vir
Dei instar habens, superatus erat,
Rogusque illum absumpserat, & omnia ejus
ossa in cineres consederant:
Trojani deinceps se in urbe Priami continebant,
Præstans Æacidæ animosi robur pertimescentes.
Ut enim boves in saltu truci Leoni
Obviam venire detrectant, sed gregatim
Per densa virgulta pavitantes fugiunt:

Sic

secutus anteriore loco Iliadem Ω. Calabermet Lib. 7. de Machaonis ossibus scribit:

——— Σῶμα δ' ἄνευθεν
Πῦρ ἑλοὺν κατέδαψε, καὶ ὀστέα δέξατο γαῖα.

Κέκευθε vero παθητικῶς usu venire indubitatum est: Sophocles Antigone: Μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου, καὶ πατρὸς κέκευθότοιν. Nec alienum a Calabro, Lib. 12.— γνῶναι, εἴτι κέκευθεν, *si quid lateat*. Eodem loco: — Ο γὰρ μέγα πῆμα κέκευθεν: ut Virgilio *latet error*, ita hic *noxa*. Eapropter κέκαυτο pro κέκαυται reponi, per mihi ridiculum videtur. *Dausquejus*. Vitium recte vidit, sed non recte sustulit Dausquejus: Nam κέκευθε absolute & ista forma, hic ambiguum & incongruum est: *ossa omnia occultavit: ossa omnia latuerunt*: An hoc sepulturam indicat? Cras credam, non hodie: Antequam ossa erant lecta, jam latitabant inter cineres. Aliud requiritur: Legendum arbitror,

— Καὶ ὀστέα πάντα τέθαπται.

Id perspicuum, neque longe petitum, si scripturam implicitam consideres propius. Errorem Dausqueji satis putidum de Achille pro Hectore, &c. prætereo lubens. *Pauw.*

7 Ἰλαδὸν πτώσουσαι, καὶ ἀνὰ ῥαπτὴν πυκιὰ] Scribe ἰλαδὸν, &

Ως οἱ ἀνὰ πλολίεθρον ὑπέτρεσαν ὄμβριμον ἄνδρα,
Μνησάμενοι προτέρων, ὁπόσων ἀπέλαμνε χάρηνα,
Θύων Ἰδαίοιο περὶ προχοῇσι Σκαμάνδρου,
Ἠδ' ὅσους Φεύγοντας ὑπαὶ μέγα τεῖχος ὄλεσσεν,
Ἐκτορά θ' ὡς ἐδάμασσε, καὶ ἦμαρ ἔρυσσε πόληων,
Ἄλλους θ' οὓς ἐδάϊξε δι' ἀκαμάτοιο θαλάσσης,
Ὁππότε δὴ ταπρωτα Φέρε Τρῳέσσιν ὄλεθρον·
Τῶν ὄιγε μνησθέντες, ἀνὰ πλολίεθρον ἔμιμνον·
Ἀμφὶ δ' ἄρα σφίσι πένθος ἀνιηρὸν *
Ὡς ἤδη γουόεντι καταθομένης πυρὶ Τροίης.
Καὶ τότε Θερμώδοντος ἀπ' εὐρυπόροιο ῥοάων,
Ἦλυθε Πενθεσίλεια θεῶν ἐπιειμένη εἶδος,
Ἄμφω, καὶ στονόεντος ἐελδομένη πολέμοιο,
Καὶ μέγα αἰδομένη στυγερὴν καὶ ἀεικέα φήμην,
Μή τις ἐὸν κατὰ δῆμον ἐλεγχείῃσι χαλέψῃ

Ἀμ-

καὶ ante ἀνὰ dele. *Rhod.* An forte in Libris quibuſdam prg ἀνὰ perperam ſcriptum erat κατὰ, indeque ortum eſt καὶ? Scis, quoties καὶ & κατὰ commutantur a Scribis. *Pauw.*

11. Ἠδ' ὅσους] Ἠδ' ὅσσους. *Rhod*

12. καὶ ἦμαρ ἔρυσσε πόληων] Propter Metaphoram duriorem hunc locum habeo ſuſpectum. Quid ſi legatur, καὶ ἀμφ' ἕρυσσε πόλιν, *Et circa urbem traxiſſet*, vel quod malim, καὶ ἤματρώσε πόληας. *Et urbes devaſtaſſet?* Hanc germanam eſſe lectionem, omnino perſuaſum habeo. *Rhod.* Everſas ab Achille civitates loquitur per oras Troados biluſtri mora: Id porro eſt *civitatium diem trahere* ſeu *contrahere*, utpote quæ fatis ſinentibus diutius absque vi, absque injuria ſuperſtites fuiſſent. Ita notant de fato urbis Cenſorinus Libr. de Die Natal. M. Tullius Libr. 2. de divinat. qui Tarutium Firmanum refert urbis Romæ fata canere non dubitaſſe. Nec cauſæ ſatis eſt, cur ſuam exoſculetur correctionem Rhodomannus ἤματρώσε πόληας. *Dausq.* Aliter de hoc loco Rhodomannus, aliter Dausquejus, ut vides: Neuter bene, ſed pejus tamen hic, quam ille: Id animadvertunt omnes, qui Græce ſciunt: Dicam, quod res eſt: ἔρυσσε ſine dubio reſpicit Hectorem ab Achille tractum circa mœnia Urbis patriæ: Quare legendum eſt, καὶ ἦμαρ ἔρυσσε πόληος: ἦμαρ πόληος de ipſo Hectore dicitur, qui *lux, vita, ſalus*

Sic illi intra urbis mœnia fortis viri impetum ſubterfugiebant;
Memores priorum, quam multis capita amputaverit,
Dum circa Idæi Scamandri ripas graſſatur;
Et quot, ſub vaſtis Trojæ mœnibus in fugam actos, dederit exitio;
Hectoremque ut vicerit, & lucem urbis Trojanæ raptârit;
Aliós etiam per mare inquietum inſulas habitantes ut bello ſubegerit,
Cum initio Trojanis exitium afferret.
Horum illi recordati in urbe permanebant.
Interim tam triſtis inter eos luctus exortus erat,
Ac ſi jam lamentabili Troja incendio conflagraret.
Tum demum a lativagi Thermodontis amne
Pentheſilea, mulier Dearum præferens ſpeciem, advenit,
Bifariam affecta. Nam & luctifici belli cupido eam inceſſerat,
Et odioſæ turpisque famæ pudebat, verentem
Ne qua in gente ſua probris ipſam deformaret

Ob

ſalus urbis & civium: Metaphoræ eſt ſatis frequens apud Auctores utriusque Linguæ: Ipſe Calaber de Briſeide Achillem delamentante Lib. 3. vſ. 561.

— *ἴκεό σὺ μοι ἱερὸν ἦμαρ,*
Καὶ φάος ἠελίοιο πέλες, καὶ μείλιχος ἀιών.

Virgilius de Hectore Lib. 2. Æneid. vſ. 281.

O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum,
Quæ tanta tenuere mora? quibus Hector ab oris
Expectate venis?

Ubi Servius: *O lux Dardaniæ. Quaſi dies noſter, per quem cerni eramus de luce, id eſt, de vita, tanquam occiſo Hectore omnes ſe extinctos credant.* Alia cumulare nolo. *Pauw.*

13. Αλλης Ϝ' ὥς] Αλλης Ϝ' ὡς. *Rhod.* Recte. *Pauw.*

16. πίνθος ἀμπρὲν *] Verſum ita ſuppleo, μάλ' ὀρώρει, vel πεπότητο. *Rhod.* Explet Brodæus, μίγ' ὀρώρει: Ego ne ſim Aſymbolos, τότ' ὀρώρει: pulcherrime enim connectitur, Ως ἤδη γενέηνι &c. *Dausq.*

20. καὶ γενέηνος ἐλδομένη πολίμοιο] γενέηνι Verſu abhinc tertio præceſſit: Eadem Epitheta ſic ubique ingerit Quintus: Videbimus. *Pauw.*

22. Μή τις ἰὼν κατὰ δῆμον &c.] An plenius forte legendum, Μή τις ἰὼν ἔνι κατὰ δῆμον &c? *Pauw.*

Αμφὶ κασιγνήτης, ἧς εἵνεκα πένθος ἄεξεν,
Ιππολύτης· τὴν γὰρ ῥὰ κατέκτανε δουρὶ κραταιῷ·
Οὐ μὲν δὴ τό γ' ἑκοῦσα, τιτυσκομένη δ' ἐλάφοιο.
Τ'ὄυνεκ' ἄρα Τροίης ἐριχυδέος ἵκετο γαῖαν.
Πρὸς δ' ἔτι οἱ τόδε θυμὸς ἀρήϊος ὡρμαίνεσκεν,
Οφρα καθηραμένη περὶ λύματα λυγρὰ φόνοιο,
Σμερδαλέας θυέεσσιν Ερινύας ἱλάσηται,
Αἵ οἱ ἀδελφειῆς κεχολωμέναι αὐτίχ' ἕσποντο
Αφραστοι· κεῖναι γὰρ ἀεὶ περὶ ποσσὶν ἀλιτρῶν
Στρωφῶντ', οὐδὲ νύ ἐστὶ θεὰς ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι.
Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι δυώδεκα πᾶσαι ἀγαυαὶ,
Πᾶσαι ἐελδόμεναι πόλεμον, καὶ ἀείκεα χάρμην,
Αἵ οἱ δμωίδες ἔσκον, ἀγακλειταί περ ἐοῦσαι.
Αλλ' ἄρα πασάων μέγ' ὑπείρεχε Πενθεσίλεια.
Ως δ' ὅτ' ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν ἀστράσι δῖα σελήνη
Εκπρέπει, ἐν πάντεσσιν ἀρίζηλος γεγαυῖα,
Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων,
Ως ἥγ' ἐν πάσαισι μετέπρεπεν ἑσσυμένῃσιν.
Ἐνθ' ἄρα ἦν Κλονίη, Πολεμοῦσά τε, Δηριόνητε,
Εὐάνδρη τε, καὶ Αντάνδρη, καὶ δῖα Βρέμουσα,

Ηδὲ

30. ἵσποντο] ἵποντο. *Rhod.*

32. οὐδέ νύ ἐστι θεὰς ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι] ἀλιτόνθ'. particip. aeſt. Aoriſt. 2. ab ἀλιτέω, ſceIus committo nullis precibus expiandum. *Rhod.* Perſpicue Rhodomannus, ἀλιτόνθ' ὑπαλύξαι. Nec diſconveniat, ἀλιτρὰς ὑπαλύξαι. *Dausq.* Et mihi ablanditur ἀλιτόνθ' ὑπαλύξαι: Quo non admiſſo, ἀλιτρὰν vel cum vel ſine tibicine, non minus bonum eſt, quam ἀλιτρὰς: Vim cæſuræ non ignoras. *Pauw.*

33. Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι δυώδεκα] ἄλλαι ἵκοντο vel ἵποντο δυώδεκα: vel Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι ἔσαν δυοκαίδεκα: Quod tamen remotius a ſcriptura. *Rhod.*

39. Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων] *Æthere undique rupto a nubibus graviſonis:* Abſona & ingrata locutio: Cum nubes diſſipantur, non rumpitur æther, nec a nubibus id fieri poteſt unquam: Vellem, mentem aliter expreſſiſſet Quintus, aut ſaltem ſcripſiſſet, Αἰθέρος ἀμφὶ φαείνοντος ἄπεν νεφέων ἐριδούπων. Notiſſimum illud Ho-

me-

Ob ſororem, cujus gratia vulnus animo fovebat,
Hippolytam. Hanc enim valida haſta interemerat,
Non quidem hoc dedita opera, ſed cervam jaculo petens.
Idcirco in Trojæ illuſtris terram ſe contulit,
Inſuper ad hoc etiam Martius illam animus ſtimulabat:
Ut nimirum a triſti cædis labe expiata,
Sacris Furias terribiles placaret,
Quæ ſororis cauſa ei ſuccenſentes e veſtigio ſequebantur
Occultæ. Hæ enim perpetuo circa pedes impiorum
Verſantur: Nec fieri poteſt, ut quisquam enormiter peccans has evitet.
Cum ipſa vero aliæ venerant duodecim, omnes virtute inſignes,
Omnes belli infeſtæque pugnæ ſtudio flagrantes:
Quæ ejus miniſtræ erant, quamvis rerum geſtarum gloria excellerent.
Omnes tamen longe ſuperemincbat Penthesilea.
Ut enim in cælo longe lateque patente inter ſtellas diurni Lunæ ſidus
Admiranda claritate ſua cunctis præfulget,
Æthere inter nubes, unde fragor interdum exſiſtit, hiante:
Ita illa inter cunctas ad bellum feſtinantes præſigne decus exhibebat.
Aderant autem hæc: Clonia, Polemuſa, Derione,
Euandra, Antandra, & diva Bremuſa:

Tum

mericum, ἐφαάνθεν δ' ἄρ' ὕπερθε πάγη ἄστεος αἰθήρ, quod Iliad. Θ. vſ. 554. & Iliad. Π. vſ. 300. in comparatione non abſimili occurrit, aliud eſt: Nam αἰθὴρ ibi ſplendorem ætheris, non ætherem notat: Hoc certum & perſpicuum. An tamen ſic vox etiam accipienda hic, & αἰθέρος ἀμφιφαγόντος vertendum *ætheris ſplendore undique erumpente?* Non poteſt propter adjunctum ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων: Sed an pro ὑπαὶ legendum revera ἄνευ, *ſine nubibus graviſonis?* Id verum forte: Et ſic hæcce dixiſſent hic, quod in locis Homericis dicunt ἔτε τ' ἔπλετο νέφεος αἰθήρ: et ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο Κινήσει πυκινὴν νεφέλην εἰαρινὸς ἐριούνης Ζεύς: Attende & judica. *Pauw.*

42. Εὐάνδρη τε] Ita, Aldina hic, ſed poſt V. 252. Εὐανδρη: Quod utroque loco expreſſit

Ηδὲ καὶ Ιπποθόη, μετ' Αρμοθόη κυανῶπις,
Αλκιβίητε, καὶ Αντιβρότη, και Δηριμάχεια·
Ταῖς δ' ἐπὶ Θερμώδοσσα μέγ' ἔγχεϊ κυδιόωσα.
Τόσσαι δ' ἄρ' ἀμφιέποντο δαΐφρονι Πενθεσιλείᾳ.
Οιη δ' ἀκαμάτοιο κατέρχεται ἀπ' Ουλύμπυ
Ηὼς, μαρμαρέοισιν ἀγαλλομένη φρένας ἵπποις,
Ωράων μετ' ἐϋπλοκάμων, μετὰ δέ σφισι πάσαις
Εκπρέπει ἀγλαὸν εἶδος, ἀμωμήτοις περ ἐούσαις·
Τοίη Πενθεσίλεια μόλεν ποτὶ Τρώϊον ἄστυ,
Εξοχος ἐν πάσησιν Αμαζόσιν· ἀμφὶ δὲ Τρῶες
Πάντοθεν ἐσσύμενοι, μέγ' ἐθάμβεον, εὖτ' ἐσίδοντο
Αρεος ἀκαμάτοιο βαθυκνήμιδα θύγατρα,
Εἰδομένην μακάρεσσιν, ἐπεὶ ῥά οἱ ἀμφὶ πρόσωπῳ
Αμφω, σμερδαλέον τε, καὶ ἀγλαὸν εἶδος ὀρώρει,
Μειδιόων ἐρατεινὸν, ὑπ' ὀφρύσι δ' ἱμερόεντες
Οφθαλμοὶ μάρμαιρον ἀλίγκιον ἀκτίνεσσιν,
Αἰδὼς δ' ἀμφερύθηνε, παρηϊάδων δ' ἐφ' ὕπερθεν
Θεσπεσίη ἐπέκειτο χάρις, καταειμένη ἀλκήν.
Λαοὶ δ' ἀμφεγάνυντο, καὶ ἀχνύμενοι τοπάροιθεν.

Ως

Rhodomannus: An recte, dubito propter contiguum Αντάνδρη, quod nimis fere Synonymum: ἀνδρὸς, validus; ἀνδρότης, robur: Inde Εὐάνδρα potuiſſet dici. *Pauw.*

43. μετ' Αρμοθόη κυανῶπις] μετὰ δ' Αρμοθόη. *Rhod.* Suſpicor Αρμαθόη: Ιπποθόη, quæ in equis; Αρμαθόη, quæ in curru ſtrenua & velox: Verſum non male ſupplet Rhodomannus. *Pauw.*

45. Θερμώδοσσα] Hic etiam variat Aldina: Nam Θερμώδυσαι habet V. 252. Rhodomannus & hic & ibi Θερμώδοσσα & Θερμώδοσσαν: Mihi non diſplicet Θερμώδυσα & Θερμώδυσαι: Et prius hic certe adamaret magis ſequens κυδιόωσα propter ipſum ſonum. *Pauw.*

46. Τόσσαι δ' ἄρ' &c.] Τόσσαι ἄρ' ἀμφιέποντο δ. Πενθεσιλείῃ. *Rhod.*

47. κατέρχεται ἀπ' Ουλύμπυ] κατέρχεται Ουλύμποιο, vel κατέρχεται ἐξ Ουλύμπυ. *Rhod.* Scribe κατέρχετ' ἀπ' Ουλύμποιο. *Dausq.*

49. Ωράων μετ' ἐϋπλο ν, μετὰ &c.] μετὰ bis in eodem Verſu.

Tum etiam Hippothoe, unaque Harmothoe nigris oculis;
Alcibieque & Antibrote cum Derimachia:
Et poſt has Thermodoſſa, magnam haſta gloriam ſibi vendicans.
Tot bellicoſæ tum Pentheſileæ in comitatu erant.
Qualis vero ab Olympo ſemper mobili deſcendit
Aurora, fulgentibus equis animum oblectans,
Cum Horis pulcricomis: & inter eas omnes,
Quamvis nihil reprehendendum habeant, ſplendore formæ præſtat:
Talis Pentheſilea urbem ad Trojanam venit,
Eximia inter omnes Amazones. Troës vero
Undique circumfuſos ingens admiratio ſubit, dum intuentur
Invicti Martis filiam profundis tibialibus indutam;
Fœminam Deabus ipſis ſimilem. Quia in vultu ejus
Utrumque inerat, terror ſimul & ſplendor formæ,
Ridens amabiliter; & ſub ſuperciliis illices
Oculi radiorum in morem fulgebant;
Pudorque rubore genas tinxerat: In quibus
Divina quædam gratia, vim maſculam induta, reſidebat.
Oppidani ergo, utut hactenus mœſti, lætabantur:

Uti

Verſu. *Pauw.*

51. *Τοίη Πενθεσίλεια* &c.] Nimius eſt in comparationibus Auctor: Nam Lunæ jam comparaverat Heroinam. *Pauw.*

57. *Μειδιόων ἐρατεινὸν*] *μειδιόωσ' ἐρατεινὸν*: Hæc enim figura Poëtæ uſitatiſſima eſt, ut exempla crebra demonſtrant Libro potiſſimum 6. in ſcuto Herculis. *Rhod.* Depravatum eſt *μειδιόων*: Rhodomannus *μειδιόωσ'*: Quod ad præcedens *οἱ* referri deberet, & ſic poſitum eſſet pro *μειδιόωσῃ*: Nihil aliud enim adeſt, quo referri poſſit, quicquid cum Rhodomanno comminiſcaris: Qui id imperite profecto referre voluit ad præcedens *εἶδος*, vocem ad tale magiſterium plane ineptam. *μειδιόωσ'* autem pro *μειδιόωσῃ* Aphæreſin continet, quam nemo paulo eruditior facile probabit. Aliud latet: Legendum ſuſpicor, *Μειδιόων ἐρατεινὸν*: Sic *εἶδος μειδιόων* apte cohæret, & nulla eſt in his durities. *Pauw.*

59. *Αἰδὼς δ' ἀμφιρύθμιε* &c.] *Αἰδὼς δ' ἀμφιρύθμιε παρήϊα, τῶν δ' ἰφύπερθε*. *Rhod.* Ita legendum. *Pauw.*

Ὡς δ' ὁπότ' ἀθρήσαντες ἀπ' οὔρεος ἀγροιῶται
Ἶριν ἀνεγρομένην ἐξ εὐρυπόροιο θαλάσσης,
Ὄμβρου ὅτ' ἰσχανόωσι θεοδέος, ὁππότ' ἀλωαὶ
Ἤδη ἀπαυαίνονται, ἐελδόμεναι Διὸς ὕδωρ,
Οἳ δ' ὑπαχλύνθη μέγας οὐρανὸς, οἷσιν ἐσιδόντες
Εσθλὸν σῆμ' ἀνέμοιο, καὶ ὑετοῦ ἐγγὺς ἐόντος,
Χαίρουσι, τοπάροιθεν ἐπισσενάχοντες ἀρούραις·
Ὡς ἄρα Τρῴοισι υἷες, ὅτ' ἔδρακον ἔνδοθι πάτρης
Δεινὴν Πενθεσίλειαν, ἐπὶ πόλεμον μεμαυῖαν,
Γήθεον. ἐλπωρὴ γὰρ ὅτ' ἐς φρένας ἀνδρὸς ἵκηται
Ἀμφ' ἀγαθοῦ, στονόεσσαν ἀμαλδύνει κακότητα.
Τὤνεκα καὶ Πριάμοιο νόος πολέα στενάχοντος,
Καὶ μέγ' ἀκηχεμένοιο, περὶ φρεσὶ τυτθὸν ἰάνθη.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἁλαοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πολλὰ μογήσας,
Ἰμείρων ἰδέειν ἱερὸν φάος, ἠὲ θανέεσθαι,
Ἢ πόνῳ ἰητῆρος ἀμύμονος, ἠὲ θεοῖο,
Ὄμματ' ἀπαχλύσαντος, ἴδῃ φάος ἠριγενείης,
Οὐ μὲν ὅσον τοπάροιθεν, ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἰάνθη
Πολλῆς ἐκ κακότητος, ἔχει δ' ἔτι πήματος ἄλγος
Αἰνὸν ὑπὸ βλεφάροισι λελειμμένον· ὣς ἄρα δεινὴν
Υἱὸς Λαομέδοντος ἐσέδρακε Πενθεσίλειαν·
Παῦρον μὲν γήθησε, τὸ δὲ πλέον εἰσέτι παίδων

Ἀχνυτ'

62. Ὡς δ' ὁπότ' ἀθρήσαντες ἀπ' &c.] Tota hæc Periodus ineptit: Nam Tautologus eſt homo, & orationem Tautologam male connectit: Vide modo illud ὁπότ' ἀθρήσαντες, ὅτ' ἰσχανόωσι, ὁππότ' ἀλωαὶ, non poteris dubitare: Quid etiam Iris ex mari ſurgens? An ita ſolet? Dein, quid ὄμβρου θεοδέος? Idne Epithetum eſt aptum? Non placent, non placent hæc. *Pauw.*

68. Χαίρουσι] Erunt, qui χαίρουσιν præferent. *Pauw.*

70. ἐπὶ πόλεμον] ἐπὶ πτόλεμον. *Rhod.* Non neceſſe, ubi cæſura adeſt. *Pauw.*

76. ἠὲ θανέεσθαι] ἢ θανέεσθαι, vel eſt Synecphoneſis: De qua, ſororibusque cæteris, vide Tryphon. Grammaticum de affectionibus dictionum. *Rhod.* Scribe θανεῖσθαι, vel quod malim, ἢ θανέεσθαι. *Dausq.* Quia ἢ πόνῳ ſequitur, mihi

Uti fit, quando agreſtes de monte conſpicantur
Iridem, e mari latifluo exſurgentem;
Cum imbrem, Dei munus, deſiderant; & jam arva
Jovis aquam exoptantia penitus areſcunt;
Tandem vero nigreſcit ingens cælum; Illi igitur, viſo
Bono venti & pluviæ imminentis prodigio,
Gaudent, quamlibet propter agros antehac ſuſpiria duxerint:
Sic etiam Trojana proles cum viderunt in patria
Acrem Penthesileam, ad bellum cupide tendentem
Gaudebant. Ubi enim cor hominis, ſpes boni
Alicujus ſubit, triſtificam expectorat moleſtiam.
Ideo & Priami animus, licet multo gemitu
Magnoque animi cruciatu premeretur, modicum tamen relevationis ſenſit:
Perinde atque homo, qui oculorum cæcitate diu multumque laboravit,
Et vel almam intueri lucem, vel mortem obire exoptat,
Seu medici fidelis opera, ſive Deo ipſo,
Caliginem ab oculis diſcutiente, auroræ tandem fulgorem viſu percipit,
Non quidem ut antea, ſed tamen paululum recreatur
A longa calamitate: quamvis adhuc triſtem morbi cruciatum
Sub palpebris relictum habeat: Ita fortem ſane
Penthesileam Laomedontis filius intuetur;
Dum modico quidem gaudio fruitur, ſed plus adhuc filiorum

In-

mihi ſere arridet magis ἢ ἰᾶσθαι: Nam Synecphoneſin hic non probo. *Pauw.*

79. ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἴάνθη] Prava diſtinctio: Sequitur enim, ἔχει δ' ἔτι πήματος ἄλγος &c. Diſtingue igitur, ἴδῃ φάος ἠριγενείης. Οὐ μὲν ὅσον τε παροιθεν, ὅμως δ' ἄρα βαιὸν, ἰάνθη Πολλῆς &c. Sic ὅμως δ' ἄρα βαιὸν apte cum ἴδῃ φάος connectitur, & verba recte procedunt. *Pauw.*

82. ἰσιδρακε Πενθεσίλειαν· Παῦρον &c.] An potius, ὅτ' ἰδρακε Πενθεσίλειαν, Παῦρον &c? Sic longe facilior eſſet orationis cohærentia. *Pauw.*

H 4

Αχνυτ' ἀπεκταμένων, ἀγε δ' εἰς ἑὰ δώματ' ἄνασσαν·
Καί μιν προφρονέως τίεν ἔμπεδον, ὥστε θύγατρα,
Τηλόθε νοστήσασαν ἐεικοστῷ λυκάβαντι·
Καί οἱ δόρπον ἔτευξε πανείδατον, οἷον ἔδουσι
Κυδάλιμοι βασιλῆες, ὅτ' ἔθνεα δηώσαντες,
Δαίνυντ' ἐν θαλίῃσιν, ἀγαλλόμενοι περὶ νίκης·
Δῶρα δέ οἱ πόρε καλὰ, καὶ ὄλβια, πολλὰ δ' ὑπέστη
Δωσέμεν, ἣν Τρῳῆσσι δαϊζομένοις ἐπαμύνῃ.
Ἠδ' ἄρ' ὑπέσχετο ἔργον, ὃ οὔποτε θυητὸς ἐώλπει·
Δηώσειν Αχιλῆα, καὶ εὐρέα λαὸν ὀλέσσειν
Ἀργείων, νῆας δὲ πυρὸς καθύπερθε βαλέσθαι·
Νηπίη· οὐδέ τι ἤδη ἐϋμελίην Αχιλῆα,
Οσσον ὑπέρτατος ἦεν ἐνὶ φθισήνορι χάρμῃ.
Τῆσδ' ὡς οὖν ἐσάκουσεν ἐὺς πάϊς Ηετίωνος
Ανδρομάχη, μάλα τοῖα ἑῷ προσελέξατο θυμῷ·
Ἄ δειλὴ, τί νυ τόσσα μέγα φρονέουσ' ἀγορεύεις;
Οὐ γάρ τοι σθένος ἐστὶν ἀταρβέϊ Πηλείωνι
Μάρνασθ', ἀλλά σοι ὦκα φόνον, καὶ λοιγὸν ἐφήσει.
Λευγαλέη, τί μέμηνας ἀνὰ φρένας; ἦ νύ τοι *
Εστηκε θανάτοιο τέλος, καὶ δαίμονος αἶσα.
Εκτωρ γὰρ σέο πολλὸν ὑπέρτερος ἔπλετο δουρί·
Αλλ' ἐδάμη κρατερός περ ἐών, μέγα δ' ἴαχε Τρῳὰς,
Οἵ ἑ θεὸν ὣς, πάντες ἀνὰ πτόλιν εἰσορόωντο·

Καὶ

84. Αχνυτ' ἀπεκταμένων] Αχνυτ' ἀποκταμένων. *Rhod.* Rhodomannus Αποκταμένων: Utrumque potuit esse. Απεκταμένων vero παρωχηκὸς a κτείνω est *Prostratorum, Externatorum:* Unde loco dejici se non patietur. *Dausq.*

94. νῆας δὲ πυρὸς καθύπερθε βαλέσθαι] Postquam scilicet salutæ & disruptæ essent interfectis Græcis: ἔννοια est parum apta, & ipsa elocutio scabra: νῆας pro tabulis navium, navium lignis. Ignem navibus injicere, ut sic comburerentur, aliud melius est. *Pauw.*

95. ἐϋμελίην Αχιλῆα] ἐϋμμελίην requirit Versus. *Pauw.*

102. ἦ νύ τοι *] Deest in fine

Interfectorum cauſa ſe afflictat; Reginam ergo in ædes ſuas ducit,
Et omnibus benevolentiæ officiis ſedulo afficit, ac ſi filia eſſet,
Viceſimo demum anno ex longinquis terris reverſa;
Et opiparam ei cœnam inſtruit, qualem agitant
Magnifici Reges, cum ſubactis gentibus
De victoria læti, in florida ſolennitate convivantur;
Muneraque ei pulcra & precioſa dedit, multaque inſuper recepit ſe
Additurum, Si fractis bello Trojanis opem ferret.
Illa vero in ſe facinus recipit, quod mortalium nemo animum induxerit,
Debellare Achillem, & numeroſiſſimas Argivorum copias
Delere, navesque in ignem conjicere:
Quam Fatua! Nequaquam enim norat, Quam haſta præſtans Achilles,
Prælio viris quoque exitiali prævaleret.
Hanc ut audivit generoſa Ectionis filia
Andromache, his verbis animum ſuum affatur:
O miſella! cur tam grandia elato animo jactitas?
Non eæ tibi vires ſunt, ut cum intrepido Pelida
Depugnes: ſed funeſtam tibi necem ſtatim adferet.
Infelix! quæ intemperies animum exagitat? certe quam proxime tibi
Mortis terminus & ſors Dei fatalis imminet.
Hector enim te vi bellica longe anteſtabat:
Et tamen, licet tam fortis, ſuccubuit, & Troas ingenti mœrore affecit:
Qui illum univerſi, non aliter ac Deum, in urbe ſuſpiciebant.

Sed

ne ἰγγὺς, vel ἄγχι ſeu ἀγχῦ. *Rhod.*

103. Εστηκε θανάτοιο] Εσήκει θανάτοιο. *Dauiq.* Cæſura Εστηκε tuetur: Absque qua Εστηκεν mallem, quam Εσήκει, quod *ſtabat* potius denotat, quam *ſtat*: Ipſi pueri ſciunt ex Homero. *Pauw.*

107.

Καί μοι ἔην μέγα κῦδος, ἠδ' ἀντιθέοις τοκέεσσιν,
Ζωὸς ἐών· ὡς εἴ με χυτὴ κατὰ γαῖα κεκεύθει,
Πρὶν σφε δι' ἀνθερεῶνος ὑπ' ἔγχεϊ θυμὸν ὀλέσσαι.
Νῦν δ' ἄρα ἄσπετον ἄλγος ὀϊζυρὸς ἐπάθρησα,
Κεῖνον ὅτ' ἀμφὶ πόλῃα ποδώκεες εἵρυον ἵπποι
Ἀργαλέως Ἀχιλῆος, ὃ μ' ἀνέρος εὖνιν ἔθηκε
Κυριδίου, τό μοι αἰνὸν ἄχος πέλει ἤματα πάντα.
Ὡς φάθ' ἑὸν κατὰ θυμὸν ἐΰσφυρος Ἠετιώνη,
Μνησαμένη πόσιος· μάλα γὰρ πένθος ἀέξει
Ἀνδρὸς ἀποφθιμένοιο σαόφροσι θηλυτέρῃσιν.
Ἠέλιος δὲ θοῇσιν ἐλισσόμενος περὶ δίνῃς,
Δύσατ' ἐς ὠκεανοῖο βαθὺν ῥόον, ἄνυτο δ' ἠώς.
Οἱ δ' ὅτε δὴ παύσαντο πόθου δαιτός τ' ἐρατεινῆς,
Δὴ τότε πυδμωαὶ στόρεσαν θυμήρεα λέκτρα,
Ἐν Πριάμοιο δόμοισι, θρασύφρονι Πενθεσιλείῃ·
Ἡδὲ χιοῦσ' εὔδεσκεν, ὕπνος δέ οἱ ὅσσ' ἐκάλυψεν
Νήδυμος ἀμφιπεσών. μόλε δ' αἰθέρος ἐξ ὑπάτοιο,
Παλλάδος ἐννεσίῃσι, μένος δολόεντος Ὀνείρου,
Οππως μὶν λεύσσουσα, κακὸν Τρώεσσι γένηται,
Οἱτ' αὐτῇ, μεμαυῖα ποτὶ πτολέμοιο φάλαγγας.
Καὶ τὰ μὲν, ὡς ὥρμαινε δαίφρων Τριτογένεια·
Τῇδ' ἄρα λυγρὸς Ὀνειρος ἐφίστατο, πατρὶ ἐοικώς,

Καὶ

107. ἰὸ' ἀντιθέοις] ἰδ' ἀντιθέοις. *Rhod.*

109. δι' ἀνθερεῶνος] Rhodomannus, *mentum haſta transfixus*: Imperite: Vertas, *guttur haſta transfixus*: Ita ἀνθερεών ſumitur plus ſemel: Eruditi ſciunt, & unus Suidas perſpicue, Ἀνθερεών, ὁ ὑπὸ τὸ γένειον τόπος, λάρυγξ. Jungendus eſt Homerus Iliad. Ω. ut melius intelligas. *Pauw.*

110. Νῦν δ' ἄρα ἄσπετον ἄλγος &c.] Νῦν δ' ἄρ' ἀάσπετον ἔργον vel ἄλγος ὀϊζυρῶς. *Rhod.* Editio Aldina, ut hic editum eſt: In Baſileenſi ἄλγος Operarum incuria male neglectum eſt: Atque hinc ambigua Rhodomanni ſuſpicio, qui Aldinam non viderat: Melius tamen ἔργον, quam ἄλγος: Nam dolorem non videmus, ſed ſentimus: Sic tamen ipſe Quintus.

ἄρ'

Sed mihi etiam venerandisque parentibus magno erat honeſtamento,
Quam diu vixit. Atque utinam me ſuper ingeſta terra occuluiſſet,
Antequam ipſe, mentum haſta transfixus, animam efflaſſet!
At nunc rem acerbiſſimam magno meo malo aſpexi,
Quando eum circa urbem veloces Achillis equi
Crudeliter raptabant. Is me viro orbavit,
Cui mea libata virginitas: Qui cruciatus per omne vitæ tempus mihi eſt acerbiſſimus.
Sic intra animum ſuum loquebatur (cogitabat) pulcra Eetionis nata,
Mariti recordans. Graviſſimus enim luctus pudicis Matronis, exſtincto viro, accreſcit.
Interea Sol rapida ſe vertigine circumvolvens,
Profundum Oceani fluxum ſubiit, exactaque dies erat.
Quare cum potu ciboque ſuavi ſe reficere deſiiſſent,
Gratum exinde cubile ſternunt famulæ,
In Priami ædibus, temerariæ Pentheſileæ:
Quæ abiens ad quietem ſe componit, oculosque ejus ſomnus obtegit,
Suaviter illapſus. Venit autem ex ſummo æthere
Palladis inſtinctu, Somnii vis fraudulenti:
Ut eo viſo, damna Trojanis accerſeret,
Et ſibimetipſi, ad belli phalanges præcipitantius ruens.
Atque hæc ita belli ſciens Minerva agitabat:
Illi autem triſte Somnium adſtabat, patris formam referens;

Et

ἄρ' ἀάσπιτον & ἀϊζυρῶς aſpernabitur nemo. *Pauw.*

115. μάλα γὰρ πίνθος ἀέξει] μάλα γὰρ μέγα πίνθος. *Rhod.* Brodæus, μάλα γὰρ δὴ πίνθος: Alter non infeliciori conjectura, μάλα γὰρ μέγα πίνθος. *Dausq.*

118. ἄιντο δ' ἠώς] ἠὼς pro tota die durum eſt, inprimis ubi ἄιντο accedit: Sed ſic Quintus. *Pauw.*

125. κακὸν Τρώεσσι γένηται] κακὸν reſpicit λεύσσουσα, & de Pentheſilea dicitur: Figura eſt ſatis nota. *Pauw.*

Καί μιν ἐποτρύνεσκε ποδάρκεος ἀντ' Ἀχιλῆος
Θαρσαλέως μάρνασθαι ἐναντίον· ἦδ' ἀΐουσα,
Γήθεεν ἐν φρεσὶ πάμπαν· ὀΐσατο γὰρ μέγα ἔργον
Ἐκτελέσειν αὐτῆμαρ ἀνὰ μόθον ὀχρυόεντα·
Νηπίη, ἣ ῥ' ἐπίθησεν ὀϊζυρῷπερ Ὀνείρῳ
Ἐσπερίῳ, ὃς φῦλα πολυτλήτων ἀνθρώπων
Θέλγει ἐν λεχέεσσιν ἀδὴν ἐπικέρτομα βάζων·
Ὃς μιν ἄρ' ἐξεπάφησεν, ἐποτρύνων ἀπονέεσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐπόρουσε ῥοδόσφυρος ἠριγένεια,
Δὴ τότε Πενθεσίλεια μέγ' ἐνθεμένη φρεσὶ κάρτος,
Ἐξ εὐνῆς ἀνέπαλτο, καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε
Τεύχεα δαιδαλόεντα, τά οἱ θεὸς ὤπασεν Ἄρης·
Πρῶτα μὲν ἀρ κνήμῃσιν ἐπ' ἀργυρέοισιν ἔθηκε
Κνημῖδας χρυσείας, αἵ οἱ ἔσαν εὖ ἀραρυῖαι·
Ἔσσατο δ' αὖ θώρηκα παναίολον· ἀμφί δ' ἄρ' ὤμοισιν
Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος, ᾧ πέρι πάντη
Κουλεὸς εὖ ἤσκητο δι' ἀργύρου, ἦδ' ἐλέφαντος·
Αὐ δ' ἔθετ' ἀσπίδα δῖαν, ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης,
Ἣ θ' ὑπὲρ ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου ἀντέλλῃσιν,
Ἡμισυ πεπληθυῖα περὶ γναμπτῇσι κεραίῃς,

Τοίη

129. ἀντ' Ἀχιλῆος Θαρσαλέως μάρνασθαι ἐναντίον] Nota illud ἄντ' Ἀχιλῆος ἐναντίον μάρνασθαι, quod ſane nimium eſt. *Pauw.*

135. ἐν λεχέεσσιν ἄδην ἐπικέρτομα] Ita Aldus: Baſileenſes ἄδην non expreſſerant: Inde illa Notula Rhodomanni: ἐν λεχέεσσιν ἄδην *vel* ἐοῖς. *Pauw.*

136. Ὃς μιν ἄρ' ἐξεπάφησεν, ἐποτρύνων ἀπονέεσθαι] ἐξαπάφησεν, ἐποτρύνων πονέεσθαι. *Rhod.* Recte Rhodomannus: Sed ubi præceſſit, ὃς θέλγει, nonne hic languet Ὃς μιν? *Pauw.*

139. καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε] Ineptiſſima lectio, ubi ſequitur primo, Πρῶτα μὲν ἄρ κνήμῃσιν ἐπ' ἀργυρέοισιν ἔθηκε Κνημῖδας: dein ſubjungitur, Ἔσσατο δ' αὖ θώρηκα παναίολον: Et ſic demum venitur ad humeros, ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος, ſubjunctis iterum aliis, quæ nihil ad humeros pertinent: Pueri vident, & ne ipſe quidem Pyrrho dubitare poſſet: Locus certo certius eſt corruptus: Nam ita ineptire non potuit Auctor; Scribe,

Et incitabat ipſam, ut cum Achille rapidiſſimo
Fidenter manus conferret. Quod audiens illa
Toto pectore gaudebat: Putavit enim, egregium facinus
Se die illo in aſpero conflictu patraturam.
Demens! quæ infelici Somnio morem geſſit,
Et quidem veſpertino, quod ærumnoſorum genus hominum
In ſtratis demulcet, ludibria affatim blaterans.
Quod & ipſam ad pugnam inſtigando deluſit.
Cæterum ubi roſea ingruit Aurora;
Mox Pentheſilea, cum magnum animo robur indidiſſet,
E lecto proſiliit, humerisque indúit
Arma fabrefacta; quæ Deus illi Mars donarat.
Ac primum candidis tibiis applicavit
Ocreas ex auro, quæ ipſi bene aptæ erant:
Thoracem inde variegatum induit; & humero
Subligavit magnum enſem gloriabunda; circa quem undique
Vagina argento & ebore probe elaborata erat:
Divinum etiam clypeum ſuſtulit, lunæ orbi ſimilem,
Quæ ſuper altifluo Oceano exoritur,
Sub cornibus incurvis ad dimidium ſui plena;

Sic

be, & ſcribe meo periculo, καὶ ἀμφὶ μέλεσσιν ἔδυνε Τεύχεα δαιδαλόεντα: Sic nihil aptius: Vitium ex ſcriptura implicita & contracta. *Pauw.*

140. τά οἱ θεὸς ὤπασεν Ἄρης] Poteſt & θοὸς legi. *Rhod.* Θεὸς ſane rectius, quam θοὸς, ut divinitatis ingeſta mentione donum ſit commendabilius. *Dausq.* Mihi etiam non diſplicet vulgata, quanquam ipſum Ἄρης divinitatem indicat ſatis. *Pauw.*

141. Ἐπ' ἀργυρέοισιν] ἐπ' ἀργυρέῃσιν. *Rhod.*

142. Κνημῖδας χρυσείας] χρυσέας, vel poſtpone Κνημῖδας, quod melius. *Rhod.*

143. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν] ὤμοις. *Rhod.*

148. Ἡμισυ πεπληθυῖα &c.] Non plena toto dimidio, ſed plena cornuum extremis, ſic ut inter illa cornuum extrema ſit vacuum & inane: Ita accipe: Interpres obſcure, quod obfuit Petito in Libello de Amazonibus. *Pauw.*

Τοίη μαρμαίρεσκεν ἄσπετον· ἀμφὶ δὲ κρατὶ
Θῆκε κόρυν κομόωσαν ἐθείρῃσι χρυσείῃσιν·
Ὡς ἡ μὲν μορόεντα περὶ χροΐ θήκατο τεύχη·
Ἀστεροπῇ δ' ἀτάλαντος ἐείδετο, τὴν ἀπ' Ὀλύμπου
Ἐς γαῖαν προΐῃσι Διὸς μένος ἀκαμάτοιο,
Δεικνὺς ἀνθρώποισι μένος βαρυηχέος ὄμβρου,
Ἠὲ πολυῤῥόιζων ἀνέμων ἄλληκτον ἰωήν·
Αὐτίκα δ' ἐγκονέουσα δι' ἐκ μεγάροιο νέεσθαι,
Δοιοὺς εἵλετ' ἄκοντας ὑπ' ἀσπίδα· δεξιτερῇ δὲ,
Ἀμφίτυπον βουπλῆγα, τόν οἱ Ἐγις ὤπασε δεινὴ,
Θυμοβόρου πολέμοιο πελώριον ἔμμεναι ἄλκαρ·
Τῷ ἐπικαγχαλόωσα, τάχ' ἤλυθεν ἔκτοθι πύργων,
Τρῶας ἐποτρύνουσα μάχην ἐς κυδιάνειραν
Ἐλθέμεναι· ὄϊδ' ὦκα συναγρόμενοι πεπίθοντο,
Ἀνδρες ἀριστῆες, καίπερ πάρος οὐκ ἐθέλοντες
Στῆμεναι ἀντ' Ἀχιλῆος· ὁ γὰρ περὶ δάμνατο πάντας.
Ἡδ' ἄρα κυδιάασκεν ἀάσχετα· ἕζετο δ' ἵππῳ
Καλῷ τ', ὠκυτάτῳ τε, τόν οἱ ἄλοχος Βορέαο
Ὤπασεν Ὠρείθυια πάρος Θρῄκηνδε κιοῦσα,
Ξείνιον, ὅς τε θοῇσι μετέπρεπεν Ἁρπυίῃσσι·
Τῷ ῥα τόθ' ἑζομένη, λίπεν ἄστεος αἰπὰ μέλαθρα
Ἐσθλὴ Πενθεσίλεια· λυγραὶ δέ μιν ὠτρύνεσκον

Κῆ-

149. Τοίη μαρμαίρεσκεν ἄσπετον] ἀάσπετον. *Rhod.* Rhodomannus recte ἀάσπετον: quæ tamen vox hic nimia: Nam ita non fulget Luna: Vertas autem, *Talis*, exiſtens, *fulgebat immenſum*: Interpres non bene. *Pauw.*

154. Δεικνὺς ἀνθρώποισι μένος &c.] μένος βαρυηχέος ὄμβρου inepte ſequitur poſt Διὸς ἀκαμάτοιο μένος Verſu præcedenti. Ipſa etiam comparatio dura in Penthesilea nondum ſe movente: Quod ſequitur, Αὐτίκα δ' ἐγκονέουσα δι' ἐκ μεγάροιο νέεσθαι, rectius cum miſſo fulgure fuiſſet compoſitum: Quanquam feſtinantius exeuntem & in hoſtes animoſius irruentem ſic etiam maluiſſem ego. *Pauw.*

155. ἄλληκτον ἰωήν] ἄλληκτον: Antepenultima tamen potentia eſt longa; ut ſolent vocales breves produci vi ſequentis liqui-

Sic illa insigniter fulgebat: Capiti etiam
Imposuit galeam, aureis comis cristatam.
Hoc illa modo arma lethalia corpori circundabat;
Et similis apparebat fulguri, quod de cælo
Ad terram mittit Jovis invicti potestas,
Vim pluviæ strepitantis mortalibus portendens;
Aut continuum horrisonorum ventorum fragorem.
Mox autem ex aula prodire festinans,
Duo sumsit pila sub scuto; & dextera
Ancipitem bipennem; quam trux Contentio ei dederat;
Ut ingens exitiosi belli præsidium foret.
Hac exsultans, mox extra turres se corripuit,
Trojanos instigans ad pugnam viris glorioſam
Ut ire maturarent. Statim igitur coeuntes imperata fecerunt
Viri principes: etsi antea detrectabant
Stare contra Achillem. Hic enim egregie omnes domabat.
Ipsa autem effuse gloriabatur. Et insidebat caballo
Eleganti celerrimoque; quem Boreæ illi uxor
Orithyia, in Thraciam migrans, olim donaverat
Hospitale munus; qui etiam inter pernices Harpyias eminebat.
Eo tunc conscenso, celsas urbis ædes reliquit
Fortis Penthesilea. Sed tristes eam impellebant

Par-

quidæ. *Rhod.* Græci & Latini passim producunt Ἀληκτὼ, & Psalmi noni Paraphrasis apud Apollinarem: Ἀλήκτῳ καρδίᾳ βασιλεῦ τιὸν αἰνὸν ἀείσω. Homer. Il. B. Καρδίῃ ἄληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. Nazianzenus ἐν ὑποθήκαις & κατὰ σαρκὸς. Nihilominus vel his etiam in locis tutius congeminabit λλ. Sic Langianum Apollonii exemplar pluribus locis præfert: Unum dabo: — ἀτίμῳ ἄλληκτοι ἰωῇ. Rationem adstruit Theodorus Gaza Libr. 4. Τὸ σιγητικὸν α βραχὺ. Nam productio in ἀκάματος & ἀθάνατος licentior putatur. Libro vero Calabri altero, qui scribunt: — γόος δὲ ἄλληκτος ὀρώρει pro γόος δ' ἄλληκτος, Bombalionem Germanos agunt. Estque εὐφωνότερον aliquanto geminans consona. Itaque recte scriptum est Calabri Libr. 5. — κεραυνοὶ Ἀλληκτοι πιφύσσοιν ἐοικότες ἐξιχάνοντο. *Dausq.*

Κῆρες, ὅπως πρώτην τε καὶ ὑστατίην ἐπὶ δῆριν
Ελθέμεν· ἀμφὶ δὲ Τρῶες ἀνοστήτοισι πόδεσσι
Πολλοὶ ἔσποντ' ἐπὶ δῆριν ἀναιδέα τλήμονι κούρῃ
Ιλιάδην, ἠΰτε μῆλα μετὰ κτίλον, ὃς θ' ἅμα πάντων
Νισσομένων, προθέῃσι, δαημοσύνῃσι νομῆος·
Ως ἄρα τῆγ' ἐφέποντο βίῃ μέγα μαιμώωντες
Τρῶες ἐϋσθενέες, καὶ Αμαζόνες ὀμβριμόθυμοι·
Ηδ' ὅιη Τριτωνὶς, ὅτ' ἤλυθεν ἄντα Γιγάντων,
Η Ερις ἐγρεκύδοιμος, ἀνὰ στρατὸν αἴσσουσα,
Τοίη ἐνὶ Τρῴεσσι θοὴ πέλε Πενθεσίλεια·
Καὶ τότε δὴ Κρονίωνι πολυτλήτῳ ἀναείρας
Χεῖρας Λαομέδοντος ἐῢς γόνος ἀφνειοῖο,
Εὔχετ' ἐς ἱερὸν ἠῢ τετραμμένος Ιδαίοιο
Ζηνὸς, ὃς Ιλιον αἰὲν ἑοῖς ἐπιδέρκεται ὄσσοις·
Κλῦθι πάτερ, καὶ λαὸν Αχαϊκὸν ἤματι τῷδε
Δὸς πεσέειν ὑπὸ χερσὶν Αρηΐδος βασιλείης,
Καὶ δή μιν παλίνορσον ἐμὸν ποτὶ δῶμα σάωσον
Αζόμενος τεὸν υἱα, πελώριον, ὄμβριμον Αρην,
Αὐτὴν θ', οὕνεκ' ἔσχεν ἐπ' οὐρανίῃσι θεῇσιν·
Εκπάγλως δὴ σεῖο θεοῦ γένος ἐστὶ γενέθλης·
Αἴδεσσαι δ' ἐμὸν ἦτορ, ἐπεὶ πολλὰ κακὰ τέτληκα,

Παί-

171. ὅπως πρώτην τε &c.] Melius ὁμῶς. *Rhod.* Ita eſt: Nam ὅπως cum infinitivo mihi nondum obſervavi in Auctore probato. *Pauw.*

173. Πολλοὶ ἔσποντ' ἐπὶ δῆριν ἀναιδέα] ἕποντ'. *Rhod.* Mallem, huc ſcripſiſſet Quintus ἐπὶ δῆριν ἀνικέα: Nam ἀναιδέα ambiguum eſt, ubi de fœmina ductante agitur, ut ut præſtantiſſima: Perſpicaciores vident: Et τλήμονι κούρῃ pretium Epitheti non auget. *Pauw.*

181. ἀναείρας] Sequens χεῖρας ſonum τᾶ ἀναείρας efficit perquam aſperum: An forte ſcribendum ἀναείρων? *Pauw.*

184. ἐπιδέρκεται] Nonne ἐπιδέρκετο vel ἐπεδέρκετο? *Pauw.*

185. Αχαϊκὸν] Potius Αχαϊκὸν. *Pauw.*

186. Αρηΐδος] Αρηϊάδος. *Rhod.*

189. ἐπ' οὐρανίῃσι] ἐπουρανίῃσι. *Rhod.*

190. Εκπάγλως δὴ σεῖο &c.] Diſpice, num rectius, ἤ σεο θείου γένος. Sed nondum hoc mihi

Parcæ; ut ad primum & noviſſimum certamen
Veniret: Circumque Troes, pedibus non reverſuris
Multi, ad propudioſum certamen puellam laboris patientem ſequebantur,
Turmatim, velut oves arietem, qui ſimul omnes
Euntes antecedit, ſolertiâ paſtoris:
Sic etiam illam magna vi perciti ſequebantur
Trojani fortes & Amazones magnanimæ.
Et qualis fuit Minerva, cum contra Gigantes ivit;
Aut Diſcordia turbarum autor, cùm per exercitum ruit:
Talem inter Troes acris Pentheſilea ſe gerebat.
Tunc vero Jovi Saturnio, multa expertas attollens
Manus præſtans opulenti Laomedontis filius
Preces fundebat, ad ſacrum converſus fanum Idæi
Jovis, qui perpetuo oculis ſuis Ilium intuetur:
Audi pater, & populum Achaicum hac tandem luce
Da ſuccumbere manibus Mavortiæ reginæ,
Ipſamque reducem ac ſalvam ædibus meis reſtitue;
Id gratiæ tribuens egregio tuo filio Marti præpotenti,
Tum etiam ipſi: Quandoquidem cæleſtium Dearum formam refert:
Nam plane a divina tua proſapia genus ducit.
Parce etiam meo cordi: Quod mala multa tolerarim

De-

mihi enodatum eſt. *Rhod.* Brodæus θεῦ pro θείᾳ, abs te divinum genus trahit. Rhodomannus, Diſpice &c. Mihi nodus prope enodis ſic explicanti verbatim: Profecto genus eſt (Pentheſilea) ſtirpis Dei (Martis), tui, hoc eſt, qui Mars tuus eſt, & ex te progenitus. Nonnihil tamen perplexabilis eſt oratio. *Dausq.* Non adſentior Rhodomanno, & multo minus Dausquejo: Locus eſt ſalebroſus: An legendum? Ἐκπάγλως δὴ σεῖο θεῦ γένος ἐσὶ γενέθλης, *Egregie certe tua, o numen, progenies eſt ortu.* Sed γένος & γενέθλη nimis Synonyma ſunt, nec ea concoquo ita juncta. An igitur reponendum? Ἐκπάγλως δὴ σεῖο θεῦ μένος ἐσὶ γενέθλης, *Certe animi & corporis robore tuæ eſt proſapiæ.* μένος ita quadrat plane: θεῦ autem vel ad σεῖο referri poteſt, vel cum μένος connecti: *Dei & divino robore:* Et hoc præferendum fere, ut ſignatius. *Pauw.*

191. πολλὰ κακὰ τίτληκα] κακὰ πολλά. *Rhod.*

Παίδων ὀλλυμένων, οὓς μοι περὶ κῆρες ἔμαρψαν,
Αργείων παλάμῃσι, κατὰ στόμα δηϊοτῆτος·
Αἴδεω δ' ὡς ἔτι παῦροι ἀφ' αἵματος ἐσμὲν ἀγαυοῦ
Δαρδάνου, ὡς ἀδάϊκτος ἔτι πόλις, ὄφρα καὶ ἡμεῖς
Ἐκ φόνου ἀργαλέοιο, καὶ Ἄρεος ἀμπνεύσωμεν.
Ἦ ῥα μέγ' εὐχομένος· τῷ δ' αἰετὸς, ὀξὺ κεκληγὼς,
Ἤδη ἀποπνείουσαν ἔχων ὀνύχεσσι πέλειαν,
Ἐσσυμένως ὄιμησεν ἀριστερὸς, ἀμφὶ δὲ θυμῷ
Τάρβησε Πριάμοιο νόος, φάτο δ' οὐκ ἔτ' ἀθρήσειν
Ζωὴν Πενθεσίλειαν, ἀπὸ πολέμοιο κιοῦσαν·
Καὶ τότε γ' ὡς ἤμελλον ἐτήτυμον ἤματι κείνῳ
Κῆρες ὑπεκτελέειν. ὅδ' ἄρ' ἄχνυτο θυμὸν ἑαγὼς.
Αργείοι δ' ἀπάνευθεν ἐθάμβεον, εὖτ' ἐσίδοντο
Τοὺς μὲν δὴ θήρεσσιν ἐοικότας, οἵ τ' ἐν ὄρεσσιν
Ποίμνης εἰροπόκοισι πόνον στονόεντα φέρουσι,
Τὴν δὲ πυρὸς ῥιπῇ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἐπὶ θάμνοις
Μαίνεται ἀζαλέοισιν, ἐπειγομένου ἀνέμοιο·
Καί τις ἅμ' ἀγρομένοισιν ἔπος ποτὶ τοῖον ἔειπεν,
Τίς δὴ Τρῷας ἄγειρε μεθ' Ἕκτορα δηωθέντα,
Οὓς φαμὲν οὐκ ἔτι νῶϊν ὑπαντιάσειν μεμαῶτας;
Νῦν δ' ἄφαρ αἴσσουσι λιλαιόμενοι μέγα χάρμης·
Καὶ νύ τις ἐν μέσσοισιν ἐποτρύνει πονέεσθαι·
Φαίης κεν θεὸν ἔμμεναι, ἐπεὶ μέγα μήδεται ἔργον.

Αλλ'

195. ὡς ἀδάϊκτος ἔτι πόλις] Hoc ſequens ὡς facit, ut ὡς præcedens, Αἴδεω δ' ὡς ἔτι παῦροι, incongruum ſit & ſuſpectum: Nonne ſcribendum ibi, Αἴδεω δ' οἱ ἔτι παῦροι ἀφ' &c? Præpoſitivum reticetur, & poſtpoſitivum id reticeri indicat opportune. *Pauw.*

202. Καὶ τότε γ' ὡς ἤμελλον] Potius τόδε γ' ὡς. *Pauw.*

204. ἀπάνευθεν ἐθάμβεον] In Aldina eſt ἀπάνευθε θάμβεον: quod peſſime in ἀπάνεσθαι θάμβεον mutaverunt Baſileenſes: Eo pertinet ſine dubio notula Rhodomanni, *Repoſui ἀπάνευθεν ἐθάμβεον. Pauw.*

206. πόνον στονόεντα φέρουσι] Φόνον. *Rhod.* Rhodomannus φόνον: Ego πόνον φέρουσι expono *negotium faceſſunt*, uti anterius

Deperditis liberis; Quos Parcæ mihi comprehenderunt
Argivûm manibus in hoſtici conflictus prima acie.
Parce, dum adhuc pauci ſuperſumus de ſanguine nobilis
Dardani, nec dum urbs exciſa eſt: Ut nos denique
A deteſtandis cædibus & bello reſpiremus.
Sic dixit, magnum concipiens votum. Ei vero aquila cum acuto clangore
Jam animum efflantem tenens unguibus columbam,
A ſiniſtra repente advolat. Ex animo igitur
Priamus conſternatur, præſagiens ſe non amplius viſurum
In vivis Pentheſileam, e bello reverſam:
Et futurum erat, ut vere die illa hoc ita
Parcæ effectum darent: Quare fracto ille animo mœrebat.
At Argivi procul inde mirantur, dum vident
Trojanos beluis ſimiles eſſe, quæ in montibus
Triſte gregibus lanigeris negotium faceſſunt,
Et Pentheſileam impetum ignis repræſentare, qui in virgultis
Aridis, concitante vento, bacchatur.
Et quiſpiam in unum congregatos tali ſermone alloquitur:
Quis quæſo Trojanos poſt occiſum Hectorem coegit?
Quos putavimus non amplius ad occurrendum nobis promtos fore.
Nunc vero repente magna prælii cupiditate æſtuantes inferuntur.
Et ſane quiſpiam, inter medios verſans, ad labores pugnæ eos exſtimulat.
Deum eſſe dixeris. Quia rem arduam molitur.

Sed

rius πονεῖσθαι *depraliari* interpretor: aut *dolorem malumque inferunt*. Heſychius: Πόνος, ἄλγος, ἐνέργημα ὀδύνης. Item: Πονεῖν, ποιεῖν, ἄτρεῖν, κακοπαθεῖν, ἐνεργεῖν. *Dausq.* Non peccat πόνον, ſed illud ſequens de Pentheſilea magis tamen amat φόνον: Attende modo. *Pauw.*

207. πυρὸς ῥιπῇ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἐπὶ &c.] Hoc minus aptum eſt, ubi nondum inter inimicos, ſed adhuc inter ſuos erat Virago; & judicium Quinti hic etiam deſidero. *Pauw.*

214. θεὸν ἔμμεναι, ἐπεὶ] θεὸν ἔμ-

Αλλ' ἄγε θάρσος ἄατον ἐνὶ στέρνοισι λαβόντες,
Αλκῆς μνησώμεθα δαίφρονος· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
Νόσφι θεῶν Τρῶεσσι μαχησόμεθ' ἥματι τῷδε.
Ως φάτο. τοὶ δὲ Φαεινὰ περὶ τεύχεα θέντες,
Νηῶν ἐξεχέοντο μένος καταειμένοι ὤμοις·
Σὺν δ' ἔβαλον θήρεσσιν ἐοικότες ὠμοβόροισι,
Δῆριν ἐς αἱματόεσσαν, ὁμοῦ δ' ἔχον ἔντεα καλὰ,
Ἔγχεα, καὶ θώρηκας, ἐϋσθενέας τε βοείας,
Καὶ κόρυθας βριαρὰς, ἕτερος δ' ἑτέρου χρόα χαλκῷ
Τύπτον ἀπηλεγέως· τόθ' ἐρεύθετο Τρῴϊον οὖδας.
Ἔνθ' ἔλε Πενθεσίλεια Μολίωνάτε, Περσίνοόντε,
Ἰλισσόντε, καὶ Λυτίθεον, καὶ ἀγήνορα Λέρνον,
Ἱππαλμόντε, καὶ Αἱμονίδην, κρατερόν τ' Ἐλάσιππον·
Δηριόνη δ' ἔλε Λαογόνον· Κλονίη δὲ Μένιππον,
Ος ῥὰ πάρος Φυλακῆθεν ἐπέσσυτο Πρωτεσιλάῳ,
Οππως κεν Τρῴεσσιν ἐϋσθενέεσσι μάχοιτο·
Τοῦδ' ἄρ' ἀποφθιμένοιο, Ποδάρκεϊ θυμὸς ὀρίνθη
Ἰφικληϊάδῃ· τὸν γὰρ μέγα φίλαθ' ἑταίρων·
Λῖψα δ' ἐγ' ἀντιθέην Κλονίην βάλε· τῆς δὲ διὰ πρὸ
Ἦλθε δόρυ στιβαρὸν κατὰ νηδύος· ἐκ δέ οἱ ὦκα
Δουρὶ χύθη μέλαν αἷμα· συνέσπετο δ' ἔγκατα πάντα.
Τῆς δ' ἄρα Πενθεσίλεια χολώσατο, καὶ ῥα Ποδάρκεα
Οὔτασεν ἐς μυῶνα παχὺν, περιμήκεϊ δουρὶ,
Χειρὸς δεξιτερῆς, διὰ φλέβας αἱματοέσσας
Κέρσε· μέλαν δέ οἱ αἷμα δι' ἕλκεος οὐταμένοιο,

Εβλυ-

ἔμμεν', ἰπεὶ. *Rhod.*

216. *Αλκῆς μνησώμεθα*] *Αλκῆς μνησώμεσθα. Rhod.*

218. *Φαεινὰ περὶ τεύχεα*] *Φαεινὰ περὶ χροὶ τεύχεα. Rhod.* Sic etiam Brodæus tefte Dausquejo: Non improbo, ſed dubito, quia obſtat verborum tenor: An ſorte legendum, *φαεινὰ ἄρ' περὶ τεύχεα θέντες*? *Rauw.*

219. *μένος καταειμένοι ὤμοις*] Nimis anguſtum eſt illud ὤμοις, ubi de tota armatura ſermo eſt: An balbutiit Auctor? Vix puto, & legendum ſuſpicor, *μένος καταειμένοι ἔπλοις*, *μπ*

Sed agite, firmam modo fiduciam animis conceperimus.
Bellicæ fortitudinis memores ſimus. Nam neque nos
Sine Divum numine cum Trojanis hodie prælio decernemus.
Dixerat. At illi cum ſplendidis corpora armis circumdediſſent,
E navibus effunduntur, humeros robore amicti:
Et concurrunt, beſtiarum ritu crudivorarum,
Cruentum ad certamen, & pulcra conferunt arma,
Haſtas & loricas, validosque ex boum tergoribus clypeos,
Et galeas ponderoſas, Alterque alterius corpus ære
Intrepide ferit; adeo ut campus Trojanus ſanguineo colore tingeretur.
Ibi occidit Pentheſilea Molonem & Perſinoum,
Iliſſumque & Antitheum, nec non fortem Lernum,
Hippalmumque & Æmoniden, validumque Elaſippum.
Derione vero proſtravit Laogonum. Et Clonie Menippum:
Qui olim ex Phylaca Proteſilao comes venerat;
Ut cum Trojanis robore præſtantibus manus conſertaret.
Hoc interfecto, Podarci animus commovetur
Iphiclidæ. Nam inter ſocios hunc apprime diligebat.
Extemplo igitur divam Clonien petit; penitusque illi
Per ventrem gravis haſta tranſit: Ac ſtatim
Cum telo ſanguis erumpit, & inteſtina cuncta ſequuntur.
Propter illam Pentheſilea ira exarſit, & Podarci
Vulnus inflixit prælonga haſta, in craſſum manus
Dexteræ muſculum, venaſque ſanguine turgidas
Diſſecuit, cui niger per vulnus apertum cruor
Ebul-

una cum armis fortitudinem induti: Præpoſitio, ut millies, ſubauditur: Una cum armis animum & fortitudinem ſumſerant. *Pauw.*

225. Μολίωνά τε] Μόλωνά τε. *Rhod.*

226. Ιλισσήν τε] Ita recte Rhodomannus pro Γλισσόν τε, ut eſt in Editione Aldina & Baſileenſi. *Pauw.*

237. περιμήκεϊ δουρὶ] Vocem poſtremam obſerva ter in quatuor contiguis Verſibus. *Pauw.*

238. διὰ φλέβας] διὰ δὶ φλέβας. *Rhod.*

Ἔβλυσεν ἐσσυμένως· ὃδ' ἄρα στενάχων, ἀπόρυσεν
Εἰσοπίσω· μάλα γάρ οἱ ἐδάμνατο θυμὸν ἀνίη.
Τοῦ δ' ἄρ' ἀπεσσυμένοιο, πόθῃ Φυλάκεσσιν ἐτύχθη
Ἀσπετος· ὃ δ' ἄρα βαιὸν ἀπὸ πτολέμοιο λιασθείς,
Κάτθανε καρπαλίμως σφετέρων ἐν χερσὶν ἑταίρων.
Ἰδομενεὺς δὲ Βρέμουσαν ἐνίπατο δούρατι μακρῷ,
Δεξιτερὸν παρὰ μαζὸν· ἄφαρ δέ οἱ ἦτορ ἔλυσεν.
Ἣδ' ἔπεσεν, μελίη ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι
Δρυοτόμοι τέμνουσιν ὑπείροχον, ἣδ' ἀλεγεινὸν
Ῥοΐζον ὁμῶς καὶ δοῦπον ἐρειπομένη προΐησιν·
Ὡς ἣ ἀνοιμώξασα πέσεν, τῆς δ' ἄψεα πάντα
Λῦσε μόρος, ψυχὴ δ' ἐμίγη πολυάεσιν αὔραις.
Εὐάνδρην δ' ἄρα Μηριόνης, ἰδὲ Θερμώδουσαν
Εἷλεν ἐπεσσυμένας ὁλοὴν ἀνὰ δηϊοτῆτα·
Τὴν μὲν ἄρ' ἐς κραδίην ἐλάσας δόρυ, τῇ δ' ὑπὸ νηδὺν
Φάσγανον ἐγχρίψας· τάς δ' ἐσσυμένως λίπεν ἦτορ.
Δηριόνην δ' ἐδάμασσεν Οἰλέος ὄμβριμος υἱός,
Ἐγχείῃ ὀχρυόεντι διὰ κληῖδα τυχήσας.
Ἀλκιβίης δ' ἄρα Τυδείδης, καὶ Δηϊμαχείης,
Ἀμφω κρᾶτ' ἀπέκοψε σὺν αὐχέσιν, ἄχρις ἐπ' ὤμοις,
Ἀορι λευγαλέῳ· ταὶ δ' ἠΰτε πόρτιες ἄμφω
Κάππεσον, ἃς τ' αἰζηὸς ἄφαρ ψυχῆς ἀπαμέρσει,
Κόψας αὐχενίους στιβαρῷ βουπλῆγι τένοντας·
Ὡς αἳ Τυδείδαο πέσον παλάμῃσι δαμεῖσαι,
Τρώων ἀμπεδίον, σφετέρων ἀπὸ νόσφι χαρήνων.

Τῇσι

243. ὃ δ' ἄρα βαιὸν] ὃς δ' ἄρα. *Rhod.*

248. ἣδ' ἀλεγεινὸν] ἣδ' incongruum eſt de fraxino, quia de Amazone præcedit ἣδ' ἔπεσεν: Nam ſic ambiguum inducitur: An ſcribendum, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι Δρυοτόμοι τέμνουσιν ὑπείροχον, ἣτ' ἀλεγεινὸν &c? *quam, quæque. Pauw.*

254. Τὴν μὲν ἄρ' ἐς κραδίην] Scribe Τῇ μὲν ἄρ' ἐς κραδίην: Sic commode ſequitur, τῇ δ' ὑπὸ νηδὺν, & caſus accuſandi ſeſe non ſtrangulant mutuo. *Pauw.*

255. λίπεν ἦτορ] Vide num pro

Ebullit confeſtim. Ideo cum gemitu ſe retro
Proripuit. Nam animum ejus ægritudo dejecerat.
Quo abeunte deſiderium Phylacenſibus ortum eſt
Ingens; At is paululum ex acie ſubmotus,
Protinus inter manus ſociorum ſuorum exſpiravit.
Porro Idomeneus Bremuſam longa haſta lethaliter
ſauciat,
Secundum dexteram mammam: & ſtatim ei cor diſſolvit:
Quæ procubuit inſtar fraxini, quam in monte
Eminentem cædunt lignatores, eaque horrificum
Strepitum & fragorem procumbens edit:
Sic illa cum gemitu cadit, & omnes ejus artus
Mors ſolvit; animaque auris ventoſis commiſcetur.
Euandram dehinc Meriones & Thermodoſſam
Interemit, exitiali in conflictu graſſantes,
Illam haſta in cor impacta, hanc in ventrem
Enſe infixo: quas extemplo cor deſtituit.
Derionen vero profligavit ſtrenuus Oilei natus,
Cum haſta rigida clavem cervicis transverberaſſet.
Alcibiæ porro Tydides & Derimachiæ
Capita una cum cervicibus, ad humeros usque abſcidit
Lethali gladio. Quæ ambæ non aliter prociderunt
Quam vitulæ; quas juvenis aliquis ſubito anima privat,
Cervicales nervos valida ſecuri amputans.
Sic illæ, manibus Tydidæ trucidatæ, in campo
Trojanorum, ſeorſum a ſuis capitibus procubuere.

Poſt

pro ἦτορ αἰὼν ſit legendum. *Rhod.* Αἰὼν nequaquam ſubſtituendum: Nam ἦτορ λίπε eſt λειποθυμίας deſcriptio, atque adeo animæ defectæ & mortuæ, non morientis duntaxat, hoc equidem loco. *Dausq.* Mihi etiam non diſplicet vulgata: Quæ ſi diſpliceret, non ἀιὼν, ſed ἦμαρ ſcriberem pro ἦτορ. Heſychius, Ητορ, ἡ ψυχὴ, θυμὸς. Sciunt Eruditi, & noto, ut rudiores receptam melius intelligant. *Pauw.*

259. ἐπ' ὄμοις] ὄμως. *Rhod.*]

260. ἠΰτε πόρτιες] Nimis exilis hæc comparatio, ubi paulo ante Bremuſam cadentem comparaverat cum fraxino cadente. *Pauw.*

261. ἀπαμέρσει] ἀπαμίρσῃ. *Rhod.*

Τῇσι δ' ἐπὶ Σθένελος κραλερὸν κατέπεφνε Κάβειρον,
Ος κίεν ἐκ Σηστοῖο, λιλαιόμενος πολεμίζειν
Αργείοις, οὐδ' αὖθις ἐὴν νοστήσατο πάτρην.
Τοῦ δὲ Πάρις κραδίην ἐχολώσατο δμηθέντος·
Καὶ ῥ' ἔβαλε Σθενέλοιο κατ' ἀντίον· οὐδ' ἄρα τόνγε
Οὔτασεν ἐσσύμενος περ· ἀπεπλάγχθη γὰρ ὀϊστὸς
Ἀλλῃ, ὅπῃ μιν Κῆρες ἀμείλιχοι ἰθύνεσκον·
Κτεῖνε γὰρ ἐσσυμένως Εὐήνορα χαλκεομίτρην,
Ος ῥ' ἐκ Δουλιχίοιο κίεν Τρῴεσσι μάχεσθαι·
Τοῦ δ' ἄρ' ἀποφθιμένοιο, πάϊς Φυλῆος ἀγαυὸς
Ωρίνθη· μάλα δ' ὦκα λέων ὣς πῶεσι μήλων,
Ἐνθορε· τόι δ' ἄρα πάντες ὑπέτρεσαν ὄμβριμον ἄνδρα.
Κτεῖνε γὰρ Ιτυμονῆα, καὶ Ιππασίδην Αγέλαον,
Οι ῥ' ἀπὸ Μιλήτοιο φέρον Δαναοῖσιν ὁμοκλὴν,
Νάστῃ ἅμ' ἀντιθέῳ, καὶ ὑπ' Αγχεμάχῳ μεγαθύμῳ,
Οι Μυκάλην ἐνέμοντο, Τιτάνοιότε λευκὰ κάρηνα,
Βράγχοντ' ἄγκεα μακρὰ, καὶ ἠϊόεντα Πανόρμου,
Μαιάνδρου τε ῥέεθρα βαθυῤῥόου, ὅς ῥ' ἐπὶ γαῖαν
Καρῶν ἀμπελόεσσαν ἀπὸ Φρυγίης πολυμήλου
Εἶσι, πολυγνάμπτῃσιν ἐλισσόμενος προχοῇσιν.

Καὶ

267. ὐδ' αὖθις ἐὴν νοστήσατο πάτρην] ἐς subauditur, niſi legere malis, ὐδ' αὖθις ἐς ἣν νοστήσατο πάτρην. *Pauw.*

269. κατ' ἀντίον] καταντίον. *Rhod.*

272. ἐσσυμένως] Poſt ἐσσύμενος περ Verſu altero abhinc. *Pauw.*

279. Αγχιμάχῳ] Αμφιμάχῳ: Iliad. B. *Rhod.* Ita Dausquejus etiam: Ego nihil mutare audeo: Nam Libri Homerici potuerunt variare, & illi, quos Quintus conſuluit, pro Αμφίμαχος legere Αγχίμαχος: Nihil facilius aut paratius. Amphimachus Cteati filius inter Græcos eſt apud Homerum: Plura forte alias. *Pauw.*

280. Οἳ Μυκάλην ἐνέμοντο, Τιτάνοιότε λευκὰ, κάρηνα] Μυκάλην ἔφιπον, vel ναῖον, vel εἶχον: Nam ἔνεμον ſcripſiſſe Poëtam, mihi non perſuadetur: Niſi libeat cum Brodæo legere τιτάνῳ: Quod tamen cum Homeri auctoritate Iliad. B, unde Hemiſtichium hoc mutuatus videtur, pugnat. *Rhod.* Verſus difficilis:

Poſt has Sthenelus fortem peremit Cabirum;
Qui ex Seſto cupiditate belligerandi ſuccenſus venerat
Cum Argivis; nec in patriam ſuam reverſus eſt unquam.
Quo hoſtiliter cæſo Paris ira exarſit,
Telumque in Sthenelum torſit, nec tamen illum
Sauciavit, quamlibet enixus. Aberravit enim arundo
Alio, quo immites eam Parcæ dirigebant.
Nam illico Euenorem, æreo baltheo inſignem, trucidavit:
Qui ex Dulichio, ad pugnam cum Trojanis profectus erat.
Propter hunc ita exſtinctum illuſtris Phylei natus
Commovetur; & ſubito ut Leo in greges ovium,
Impetum facit, omnesque fortem virum exhorreſcunt;
Necat autem Itymoneum, & Agelaum Hippaſiden;
Qui a Mileto Danais minas hoſtiles afferebant,
Una cum Naſte egregio, & ſub Amphimacho magnanimo:
Qui Mycalen tenebant, candidaque Titani juga,
Et longas Branchi valles atque Panormum littoralem;
Mæandrique profundi fluenta; qui in terram
Carum vitiferam, ex Phrygia ovibus abundante
Labitur, flexuoſas intra ripas ſe provolvens.

Hos

ficilis: Hemiſtichium Homeri extat Iliad. B. V. 735. Sed id nihil ad hunc locum: Nam ibi de Theſſalia, hic de Caria agitur: Pueri vident, & ridiculi ſunt, qui talia comparant. An tamen Titanus in Caria? Id dicitur hic, ſed alibi nuſpiam. Fallor, aut Τιτάνοιο vitium contraxit: Homerus, ubi de Naſte & Amphimacho loquitur, Φθιηγῶν ὄρος commemorat: Iſtius ſimile hic optime adeſſet. Quid ſi legamus, Οἳ Μυκάλην ἐνέμοντο, Λάτμοιότε λευκὰ κάρηνα? Sane multi fuerunt, qui Phtirum montem putabant eſſe montem Latmum, & iſtius opinionis auctor Hecatæus: Vide Strabonem Lib. 14. Geograph. Pes tertius vel Amphimacer eſt, vel Dactylus liquidæ beneficio: Nihil in eo, quod mordet: Vide & judica. Brodæi τιτάνιο non intelligo, & Verſus certe reſpuit. *Pauw.*

281. Βράγχον τ'] Βράγχαν. *Rhod.*

286.

Καὶ τοὺς μὲν κατέπεφνε Μέγης ἐν δηϊοτῆτι·
Ἄλλους δ' αὖτ' ἐδάμασσεν, ὅσους κίχε δουρὶ κελαινῷ·
Ἐν γάρ οἱ στέρνοισι θράσος βάλε Γριτογένεια,
Ὄφραγε δυσμενέεσσιν ὀλέθριον ἦτορ ἔφείη·
Δρησαῖον δ' ἐδάμασσεν ἀρηΐφιλος Πολυποίτης,
Τὸν τέκε δῖα Νέαιρα περίφρονι Θειοδάμαντι
Μιχθεῖσ' ἐν λεχέεσσιν, ὑπαὶ Σιπύλῳ νιφόεντι,
Ἠχι θεοὶ Νιόβην λᾶαν θέσαν, ἧς ἔτι δάκρυ
Πουλὺ μάλα στυφελῆς καταλείβεται ὑψόθι πέτρης,
Καί οἱ σὺν στοναχοῦσι ῥοαὶ πολυηχέος Ἑρμοῦ,
Καὶ κορυφαὶ Σιπύλου περιμήκεες, ὧν καθύπερθεν
Ἐχθρὴ μαλανόμοισι περιϊπλατ' ὀμίχλη·
Ἠδὲ πέλει μέγα θαῦμα παρεσσυμένοισι βροτοῖσιν·
Οὔνεκ' ἔοικε γυναικὶ πολυστόνῳ, ἥ τ' ἐπὶ λυγρῷ
Πένθεϊ μυρομένη, μάλα μυρία δάκρυα χεύει·
Καὶ τὸ μὲν ἀλρεκέως φῆς ἔμμεναι, ὁππότ' ἄρ' αὐτὴν
Τηλόθεν ἀθρήσειας· ἐπὴν δέ οἱ ἐγγὺς ἵκηαι,
Φαίνεται αἰπήεσσα πέτρη, Σιπύλοιο ἀπορρώξ.
Ἀλλ' ἥ μὲν μακάρων ὀλοὸν χόλον ἐκτελέουσα,
Μύρεται ἐν πέτρῃσιν, ἔτ' ἀχνυμένη εἰκυῖα·
Ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλοισι φόνον, καὶ κῆρ' ἐτίθεντο
Ἀργαλέον· δεινὸς γὰρ ἐνεστρωφᾶτο κυδοιμὸς
Λαοῖς ἐν μέσσοισιν· ἀταρτηρὸν δέ οἱ ἄγχι
Εἵστήκει θανάτοιο τέλος· περὶ δέ σφι κῆρες

Λευ-

286. δουρὶ κελαινῷ] *hasta atro cruore imbuta*: Κελαινοῖς ξίφεσι similiter est apud Sophoclem. Interpretis *hasta nigra* non satisfacit: δουρὶ φαεινῷ ex Homero notissimum est de splendore ipsius hastæ. *Pauw.*

287. Ἐν γάρ οἱ] Ἐν γάρ & hic & alibi in his Libris Spondeus est: An vi spiritus asperi? Ita videtur: Nam alias fulcrum esset apponendum. *Pauw.*

288. ὀλέθριον ἦτορ ἐφείη] οἶτον lege pro ἦτορ, vel ἦμαρ, quod rectius. *Rhod.* Et mihi placet ἦμαρ. *Pauw.*

296. μαλανόμοισι περιϊπλατ'] μηλονόμοισιν, & adde ἀεὶ. *Rhod.*

302. Σιπύλοιο ἀπορρώξ] Σιπύλοιόθ' ἀπορρώξ. *Rhod.* Copula

Hos itaque Meges in conflictu interfecit.
Et alios insuper stravit, quotquot hasta nigra contigit.
Minerva enim pectori ejus fiduciam immiserat,
Ut mortem hostibus funestam inferret.
Dresæum deinde exitio dedit Polypœtes Marti carus:
Quem Thiodamanti solerti diva Neæra peperit,
In lecto conjugali commixta, sub Sipylo nivosa:
Ubi Dii in saxum verterunt Nioben: Cujus adhuc lacrima
Largissima ex rigida alte petra destillat;
Cumque ipsa multisoni Hermi undæ gemunt,
Et longe protenta Sipyli cacumina; super quibus
Perpetuo volat nebula pastoribus inimica:
Illa autem ingens hominibus qui prætereunt miraculum existit.
Quia gemibundam refert mulierem, quæ tristi
Se luctu conficiens lachrymas infinitas profundit:
Et hoc revera se ita habere dixeris, si ipsam
A longinquo adspexeris: si autem prope accesseris,
Arduus apparet scopulus, & Sipyli fragmentum.
Hæc itaque exitialem Divum iram explens
Lamentatur inter saxa, dolentis etiamnum speciem repræsentans.
Cæterum alii aliis necem inferentes stragem faciebant
Atrocem. Dirus enim tumultus in medio
Populorum versabatur. Quem prope funestus
Stabat mortis terminus: & circa illos Parcæ

Le-

pula recte additur; sed ubi præcessit, ἦχι θεοὶ Νιόβην λᾶαν θέσαν, minus congrue sequitur Σιπύλοιο ἀποῤῥώξ: Non enim abscissum, sed adjectum erat Sipylo saxum illud muliebre: Et hæc culpa est ipsius Quinti. *Pauw.*

304. Μύρεται ἰν &c.] Nimius est in his lacrymis & in hac lacrymante Calaber: Vide modo singula. *Pauw.*

306. Αργαλίου] Nonne Αργαλέην, nisi Αργαλέου pro Αργαλέως positum velis? κῆρα ἀργαλέην. *Pauw.*

308. θανάτοιο τέλος;] An pro θάνατος: Nam Prosopopœia hic requiritur? Potest: Id tamen valde coactum. κυδοιμὸς, κῆρες pla-

Λευγαλέαι στρωφῶντο, φόνον στονόεντα φέρεσθαι.
Πολλῶν δ' ἐν κονίῃσι λύθη κέαρ ἤματι κείνῳ
Τρῴων, Αργείων τε· πολὺς δ' ἀλαλητὸς ὀρωρει·
Οὐ γάρ πως ἀπέληγε μένος μέγα Πενθεσιλείης·
Αλλ' ὡς τίς τε βέεσσι κατ' οὔρεα μακρὰ λέαινα
Ενθόρῃ, ἀΐξουσα βαθυσκοπέλου διὰ βήσσης,
Αἵματος ἰμείρουσα, τὸ οἱ μάλα θυμὸν ἰαίνει·
Ως τῆμος Δαναοῖσιν Αρηϊὰς ἔνθορε κούρη.
Οιδ' ὀπίσω χάζοντο, τεθηπότα θυμὸν ἔχοντες,
Ηδ' ἔπετ', ἠΰτε κῦμα βαρυγδούποιο θαλάσσης,
Νήεσιν ὠκείῃσιν, ὅθ' ἱστία λευκὰ πετάσσῃ
Οὖρος ἐπειγόμενος· βοόωσι δὲ πάντοθεν ἄκραι
Πόντου ἐρευγομένοιο ποτὶ χθονὸς ἠόνα μακρήν·
Ως ἥγ' ἑσπομένη, Δαναῶν ἐδάϊζε φάλαγγας,
Καί σφιν ἐπηπείλησε, μέγα φρεσὶ μειδιόωσα·
Ω κύνες, οἱ Πριάμοιο κακὴν ἀποτίσετε λώβην
Σήμερον· οὐ γάρ πω τὶς ἐμὸν σθένος ἐξυπαλύξας,
Χάρμα φίλοις τεκέεσσι, καὶ υἱάσιν, ἠδ' ἀλόχοις
Οἴσεται· οἰωνοῖς δὲ βόσις, καὶ θηρσὶ θανόντες
Κείσεσθ'· οὐδέ τι τύμβος ἐφ' ὑμέας ἵξεται αἴης·
Πῇ νῦν Τυδείδαο βίη, πῇ δ' Αἰακίδαο,
Ποῦ δ' Αἴαντος; τοὺς γὰρ φάτις ἔμμεν' ἀρίστους·
Αλλ' ἐμοὶ οὐ πλήσονται ἐναντι δηριάασθαι,
Μή σφιν ἀπὸ μελέων ψυχὰς φθιμένοισι πελάσω.
Η ῥά· καὶ Αργείοισι μέγα φρονέουσ' ἐνόρουσε,
Κηρὶ βίην εἰκυῖα· πολὺν δ' ὑπεδάμνατο λαὸν,
Αλλοτε μὲν βυσσῆγι βαθυστόμῳ, ἄλλοτε δ' αὖτε
Πάλ-

plana ſunt & opportuna. Rectius legeretur θανάτοιο μίνος: Id enim pro θάνατος ſatis aptum: Et ſic Auctor ſæpe: μίνος ἐνείρου pro ὄνειρος habuimus V. 124. μίνος Διὸς pro Ζεὺς V. 153. Alia alibi. *Rhod.*

Ibid. περὶ δὲ σφι] περὶ δέ σφισι. *Rhod.*

314. ἀΐξασα] ἀΐξασα. *Rhod.*

326. φίλοις τεκέεσσι καὶ υἱάσιν] Corrigo τεκέεσσι καὶ υἱάσιν.

Al-

Lethiferæ agitabantur, luctificam ſecum cædem apportantes.
Plurimis itaque cor die illa in pulvere ſolutum fuit
Trojanis Argivisque, ingensque ululatus oriebatur.
Nullo enim modo acris Pentheſileæ vis ceſſabat.
Sed ut Leæna quædam in longis montibus boves
Magno impetu per vallem ſcopulis præcipitem invadit
Sanguinem appetens, qui animum ejus valde exhilarat;
Ita tunc in Danaos virgo Martia irruebat.
Qui attonitum habentes animum pedem referebant.
Ipſa vero inſtabat, ut horriſoni maris fluctus
Citis navibus, cum candida vela explicat
Ventus ſecundus eas impellens: & undique mugiunt promontoria,
Mari ad longam terræ crepidinem eructante.
Sic illa inſequens Danaum phalanges dirumpit,
Et immaniter animo ſuo ridens, minis eos inceſſit.
Proh Canes! vos tetram, quam Priamo feciſtis, iniriam luetis
Hodie: nemo enim, robur meum evadens,
Gaudium caris parentibus & liberis atque uxoribus
Referet, ſed alitibus & beſtiis epulum trucidati
Jacebitis, nec tumulus terræ ſuper vos aggeretur.
Quo nunc vis Tydidæ? quo Æacidæ?
Quo Ajacis abiit? hos enim fortiſſimos eſſe perhibent.
Sed nunquam manus conſerere mecum audebunt;
Ne animas illarum e membris ad inferos mittam.
Sic fata, magno in Argivos animo impreſſionem fecit;
Parcæ viribus haud diſſimilis: numeroſamque dejecit turbam;
Nunc oris profundi ſecurim adigens; nunc rurſus Pi-

Alterum enim eſt, ac ſi dicas *natis & filiis. Dausq.*

Ibid. ἀλόχοις] ἀλόχοισιν. *Rhod.*

330. Πῆ δ' Αἴαντος; τὰς γὰρ] Πῆ δ' Αἴαντος ἔβη; τὰς γὰρ. *Rhod.* Non improbo: Fors tamen ſcribere ſufficit, Πῆ δὲ καὶ Αἴαντος; τὰς γὰρ. *Pauw.*

331. ἔναντι] ἐναντία. *Rhod.*

332. πιλάσω] πιλάσσω. *Rhod.*

335. βουπλῆγι βαθυρέμῳ] Neſcio, an Epithetum conveniat.

Πάλλουσ' ὀξὺν ἄχοντα· φέρεν δέ οἱ αἰόλος ἵππος
Ἰοδόκον, καὶ τόξον ἀμείλιχον, εἴ που ἄρ' αὐτῇ
Χρειὼ ἀν' αἱματόεντα μόθον βελέων ἀλεγεινῶν,
Καὶ τόξοιο πέλοιτο· θοοὶ δέ μιν ἄνδρες ἕποντο,
Ἕκτορος ἀγχεμάχοιο, κασίγνητοί τε, φίλοιτε,
Ὀμβριμον ἐν στέρνοισιν ἀναπνείοντες Ἄρηα,
Οἳ Δαναοὺς ἐδάϊζον ἐϋξέστης μελίηισιν·
Τοὶ δὲ θοοῖς φύλλοισιν ἐοικότες, ἢ ψεκάδεσσιν,
Πίπτον ἐπασσύτεροι· μέγα δ' ἔστενεν ἄσπετος αἶα,
Αἵματι δευομένη, νεκύεσσί τε πεπληθυῖα·
Ἵπποι δ' ἀμφὶ βέλεσσι πεπαρμένοι, ἢ μελίῃσιν,
Ὑστάτιον χρεμέτιζον, ἐὸν μένος ἐκπνείοντες·
Οἱδὲ, κόνιν δραχμοῖσι δεδραγμένοι, ἀσπαίρεσκον·
Τοὺς δ' ἄρα Τρῶιοι ἵπποι, ἐπεσσύμενοι μετόπισθεν,
Ἀντλον ὅπως, στείβεσκον ὁμοῦ κταμένοισι πεσόντες.

Καί

niat. στόμα hic acies eſt: Quid βαθὺ ad eam? Legendum forte βαρυτόμῳ: Cujus acies erat terribilis. *Pauw.*

336. φέρεν δέ οἱ αἰόλος ἵππος] Idem equus, credo, cui inſidebat: Et ſic αἰόλος *velox* vertendum, non *diſcolor*: Vide ſupra V. 165. & ſeqq. *Pauw.*

339. θοοὶ δέ μιν ἄνδρες ἕποντο] θοοὶ δέ οἱ. *Rhod.*

343. θοοῖς φύλλοισιν] Epithetum jejunum, præſertim hic, ubi ad ἐπασσύτεροι & numerum reſpicitur: In Editione Aldina eſt, Τοὶ δὲ θοῖς: An aliud quid latet melius? Legi poſſet accommode, ſed paulo licentius, Τοὶ δ' ἐτεὸν φύλλοισιν &c. Videant Oculati. *Pauw.*

344. μέγα δ' ἔστενεν ἄσπετος αἶα] Hæc miſere & inepte turgent, ubi de una Pentheſilea & ejus aſſeclis ſermo eſt, & ne quidem de toto exercitu victore ita loqui poſſumus apte. *Pauw.*

348. Οἱ δὲ, κόνιν δραχμοῖσι &c.] γναθμοῖσι vel γενύσσι. *Rhod.* δραγμοῖσι. δραγμοὶ pugilli, manus: Quemadmodum Iliad. Λ. — ἐν κονίῃσι πεσὼν ἧλτο γαῖαν ἀγοσῷ, vola terram apprehendit: itidem hic. Nequicquam ſunt, quibus non intellecta vocе parum obvia, ſedit reponere γναθμοῖσι vel γενύσσι. *Dausq.* Ineptit Dausquejus: Nam de equis haud dubie agitur, & δραγμοὶ pro *manibus* ignota vox eſt, ut nihil dicam de δραγμοῖσι δεδραγμένοι, quod merum rus olet: Melius Rhodomannus, ſed tamen acute minus & cate: Certo certius legendum videtur mihi, Οἱ δὲ, κόνιν φραγμοῖ-

σι

Pilum acutum vibrans. Geſtabat etiam ipſi equus diſcolor
Phāretram & arcum immitem: Si uſpiam illi
Opus in cruento conflictu ſagittis vulnificis
Arcuque foret. Interim acres illam viri ſectabantur
Hectoris bellicoſi fratres & amici,
Rigidum pectore Martem ſpirantes:
Qui levigatis Danaos haſtis transfodiebant.
Hi itaque non ſecus ac cita folia, aut guttæ pluviales
Conferti cadebant: & ingemebat vaſta tellus,
Sanguine humectata, & cadaveribus oppleta.
Equi etiam ſagittis confixi aut haſtis,
Vires ſuas exhalantes ultimum edebant hinnitum.
Alii mandibulis pulveri mordicus impreſſis palpitabant.
Quos equi Trojani a tergo irruentes,
Ut ſentinam calcabant, inter cadavera prolapſos.

Et

οἱ διδραγμένοι, ἀσπαίρεσκον. Totus dentium ordo, quia oris eſt munimen & ſepes, dictus φραγμὸς. *Pauw.*

350. ἄντλον ὅπως, στείβεσκον ἐμοῦ κταμένοισι πεσόντες] πεσόντας. *Rhod.* Interpretor: *Equi incidentes ſimul cum mortuis cumulum velut manipulorum*, cadavera ipſa, *calcabant.* Heſychius, Αντλον, κάδον, ἀντλητήριον· τινὲς δὲ καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὸν σωρὸν τῶν δραγμάτων. Secundum Suidam ἄντλον eſt ἡ συγκομιδὴ τῶν ἀσταχύων ἐν τῇ ἀλῳ. Nec admittenda reſcriptio Rhodomanni πεσόντας. Alii namque hic οἱ κταμένοι, alii οἱ πεσόντες: hoc de equis dictum, illud de cæſis cadaveribus. *Dausq.* Cum Rhodomanno ſine dubio legendum eſt πεσόντας, neque moror Dausqueji balbutiem, quanquam unam vocem ἄντλον recte interpretatus eſt. τοὺς δὲ Verſu præcedenti de equis etiam intelligendum: Et ſic πεσόντας omnino requiritur: Id vident omnes, qui oculis non ſunt capti: Vertendum autem τοὺς δὲ, *alios vero*, non *quos*, ut a Rhodomanno perperam factum: Trifariam ſcilicet hic de equis Græcorum agitur: Sagittis aut haſtis confixi, hi poſtremum hinniebant: illi pulverem dentibus corripientes, palpitabant: alii cum equitibus interfecti, ab equis Trojanis calcabantur: πεσόντας de mortuis accipiendum ſignate. Illud ἄντλον ὅπως durum eſt, inprimis ubi ἑπισσόμενοι μετόπισθεν præcedit: Quid enim? An equi Trojani Græcorum veſtigiis inhærentes, ſtatim habebant ante ſe equorum occumbentium acervum, qui cum manipulorum acervo comparari poterat? Poëta eruditior ita non locutus fuiſſet ſane. *Pauw.*

Καί τις ἐνὶ Τρῳέσσιν ἀγάσατο μαχρὰ γεγηθὼς,
Ως ἴδε Πενθεσίλειαν ἀνὰ στρατὸν ἀΐσσουσαν,
Λαίλαπι χυανέῃ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἐνὶ πόντῳ
Μαίνεϑ', ὅτ' αἰγοκερῇϊ συνέρχεται ἠελίου ἴς·
Καὶ ῥ' ὅγε μαψιδίῃς ἐπ' ἐλπωρῇσιν ἔειπεν,
Ω φίλοι, ὡς ἀναφανδὸν ἀπ' οὐρανοῦ εἰλήλουθε
Σήμερον ἀθανάτων τίς, ἵν' Αργείοισι μάχηται,
Ημῖν ἦρα φέρουσα, Διὸς χρατερόφρονι βουλῇ·
Ος τάχα που μέμνηται ἐϋσϑενέος Πριάμοιο·
Ος ῥά οἱ εὔχεται εἶναι ἀφ' αἵματος ἀθανάτοιο.
Οὐ γὰρ τήνδε γυναῖχάγ' ὄϊομεν εἰσοράασϑαι
Αὔτως ϑαρσαλέην τε, καὶ ἀγλαὰ τεύχε' ἔχουσαν,
Αλλ' ἄρ' Αθηναίην, ἢ χαρτερόθυμον Ενυὼ,
Η Εριδ', ἢ χλειτὴν Λητωΐδα· χαί μιν ὄϊω
Σήμερον Αργείοισι φόνον στονόεντα βαλέσϑαι,
Νῆάς τ' ἐμπρήσειν ὁλοῷ πυρὶ, τῇσι πάροιθεν
Ηλυθον ἐς Τροίην, νῶϊν πολλὰ χαχὰ Φέροντες,
Ηλυθον ἄσχετον ἄμμιν ἐπ' Αρει πῆμα φέροντες.
Αλλ' οὐ μὰν παλίνορσοι ἐς Ελλάδα νοστήσαντες,
Πάτρην εὐφρανέουσιν, ἐπεὶ ϑεὸς ἄμμιν ἀρήγει.
Ως ἄρ' ἔφη Τρώων τὶς, ἐνὶ φρεσὶ πάγχυ γεγηθώς·
Νήπιος· οὐδ' ἄρ' ἐφράσσατ' ἐπεσσύμενον βαρὺ πῆμα
Οἱ αὐτῷ, καὶ Τρωσὶ, καὶ αὐτῇ Πενθεσιλείῃ·
Οὐ γάρ πω τὶ μόϑοιο δυσηχέος ἀμφιπέπυστο

Αἴας

351. ἀγάσατο] ἀγάσσατο. *Rhod.*

354. ἠελίῳ ἴς] Pro ἥλιος ſimpliciter: Et hoc minus appoſitum hic, quia vis ſolis nunquam minor eſt, quam cum in Capricornum ingreditur: Pueri ſciunt, & Interpres cautius vertere debuiſſet: Nam *ſol magna efficacitate praditus* vix ab errore liberum eſt. *Pauw.*

355. μαψιδίῃς ἐπ'] μαψιδίῃσιν ἐπ'. *Rhod.*

367. πολλὰ χαχὰ] Ordine reddito χαχὰ πολλά. *Dausq.*

368. Ηλυθον ἄσχετον &c] Cras credam, non hodie, Verſus hos ita copulaſſe Poëtam: Sine dubio alter abundat, & in libris diverſis unus ita diverſimode

Et quispiam inter Trojanos magno perfusus gaudio obstupuit,
Ut Penthesileam per aciem grassari vidit,
Atro turbini similem: Qui in mari
Furit, quando vis solis (sol magna efficacitate præditus) in Capricornum ingreditur:
Et is vana spe inflatus (hæc) jactitavit:
Amici quam manifeste e cælo venit
Hodie Dearum quæpiam: Ut cum Argivis depugnet,
Nobis opem ferens magnanimo Jovis decreto.
Qui Priami forte nunc præpotentis reminiscitur:
Qui ab immortali ejus sanguine se ortum esse gloriatur.
Non enim est, quod putemus nos mortalem hic fœminam intueri,
Quæ tam animosa tam splendidis armis prædita est:
Sed Minervam, vel magnanimam Bellonam,
Vel Litem, aut etiam præclaram Latonæ natam: Ideo futurum spero, ut ipsa
Hodie luctuosam Argivis cædem adferat,
Flammisque exitialibus naves cremet; quibus olim
Ad Trojam venerunt, multa nobis mala importantes;
Venerunt (inquam) insuperabile nobis damnum cum Marte afferentes:
Sed nequaquam, denuo in Græciam reversi,
Patriam gaudio afficient. Quandoquidem Deus nobis præsidio est.
Sic quispiam Trojanorum animum gaudio delibutus garriebat.
Stolidus! non enim perpendit grave malum, quod impenderet
Sibimet, & Trojanis, & ipsi Penthesileæ.
Nihil enim dum infelici de prælio cognoverat

Ajax

mode exaratus fuit. *Rauw.*

373. *καὶ αὐτῇ Πενθεσιλείᾳ*] Flaccescit *αὐτῇ* post *αὐτῷ* in eodem Versu. *Rauw.*

374. *δυσηχίος ἀμφιπίπτοι*] *δυσηχίος ἀμφὶ πίπτοι. Rhod.*

Αἴας ὀμβριμόθυμος, ἰδὲ πολίπορθος Ἀχιλλεύς,
Αλλ' ἄμφω περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο κέχυντο,
Μνησάμενοι ἑτάροιο· γόος δ' ἔχεν ἄλλυδις ἄλλον·
Τοῦς γὰρ δὴ μαχάων τὶς ἐρήτυε νόσφι κυδοιμοῦ,
Οφρ' ἀλεγεινὸν ὄλεθρον ἀναπλήσωσι δαμέντες
Πολλοὶ ὑπὸ Τρῳέσσι, καὶ ἐσ.θλῇ Πενθεσιλείῃ·
Η σφιν ἐπαΐσσουσα κακὰ μήδετο· καί οἱ ἄεξεν
Αλκὴν ὁμῶς καὶ θάρσος ἐπιπλέον· οὐδέ οἱ αἰχμὴν
Μαψιδίην πότ' ἴθυνεν, ἀεὶ δ' ἣ νῶτα δαΐξε
Φευγόντων, ἣ στέρνα καταντίον ἀϊσσόντων·
Θερμῷ δ' αἵματι πάμπαν ἐδεύετο γυῖα δ' ἐλαφρὰ
Επλετ' ἐπεσσυμένως· κάματος δ' οὐ κάμνατο θυμὸν
Ατρομον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχεν μένος· εἰσέτι γὰς μιν
* οὕνεκα μοῖρα ποτὶ κλεινὸν ὀτρύνουσ' Ἀχιλῆα,
Αἶσα λυγρὴ κύδαινεν· ἀπόπροθι δ' ἑστηυια
Χάρμης, κυδιάασκεν ὀλέθριον, οὕνεκ' ἔμελλε
Κούρην οὐ μετὰ δηρὸν ὑπ' Αἰακίδαο χέρεσσι
Δάμνασθ'· ἀμφὶ δέ μιν ζόφος ἔκρυφε· τὴν δ' ὀρόθυνεν
Αἰὲν ἄϊστος ἐοῦσα, καὶ ἐς κακὸν ἦγεν ὄλεθρον
Υστατα κυδαίνουσα, ἵἡ' ἄλλοθεν ἄλλον ἔναιρεν.

Ως

381. Η σφιν ἐπαΐσσουσα κακὰ &c.] Η σφιν ἐπεσσυμένη. *Rhod.* Ita Rhodomannus, ut Verſui adeſſet, ſatis infeliciter: Longe tamen infelicius Dausquejus, qui Solœcum ἐπαΐσσων hic peſſime obtrudit Quinto: Nugas ejus apponere piget: Dicam uno verbo: ἄϊσσω pro ἀΐσσω, ἀναίσσω pro ἀναΐσσω, & alia id genus, ſatis nota ſunt Græce doctis: Scribe igitur, Η σφιν ἐπαίσσουτα κακὰ &c: ne litera mutata & duabus ſyllabis in unam contractis. *Pauw.*

382. Αλκὴν] Αλκὴ. *Rhod.*

383. Μαψιδίην πότ' ἴθυνεν] πότ' expungatur, ut ſupervacuum. Nam in ἰθύνω prima longa eſt. *Rhod.* Mihi non diſplicet vulgata Amphimacro admiſſo pro Dactylo. Dausquejus pro more ſuo coacte & dure, οὐδέ οἱ αἰχμὴ Μαψιδίη ποτὲ ἴθυνεν, ἀεὶ &c: Quod ſcilicet egregie etiam conſpirat cum θερμῷ δ' αἵματι πάμπαν ἰδεύετο, & quæ ſequuntur. *Pauw.*

386. ἐπεσσυμένως κάματος δ' οὐ κάμνατο] ἐπεσσυμένης κάματος δ' οὐ δάμνατο. *Rhod.*

* οὕνεκα μοῖρα &c.] Removeatur

Ajax magnanimus, & vaſtator urbium Achilles:
Sed ambo ad Menœtiadæ tumulum fuſi jacebant,
Memores amici, & alibi alium luctus detinebat.
Hos enim Deorum quispiam a pugna remorabatur:
Ut triſti exitio perfungerentur quam plurimi Græcorum,
A Trojanis & ſæva Pentheſilea trucidati:
Quæ impetu in eos facto dira meditatur; augeſcitque illi
Robur & fiducia ſubinde magis: nec unquam cuſpidem
Incaſſum dirigit: ſed ſemper vel terga fodit
Fugientium, vel præcordia contra venientium,
Et calido tota ſanguine conſpergitur. Agiliaque membra
Erant graſſantis: nec labor animum defatigabat
Intrepidum: ſed vim adamantis habebat. Adhuc enim ipſam

* * * * *

Parca funeſta decorabat: & procul ſtans
Extra pugnam, & exultabat lethaliter: Quia deſtinarat
Puellam non multo poſt Æacidæ manibus
Domare: & obtexerat eam caligo. Incitabat autem Amazonem,
Nulli unquam viſa, & ad funeſtum interitum ducebat,
Noviſſimum illi honorem addens. Hæc vero tum alibi alium perimebat.

Ut,

veatur hic Verſus, Aſteriſco notatus: quem ut nothum, ita & ſuperfluum eſſe non dubito. Ideo nec caſtigatione, nec verſione, nec numero dignum judicavi. *Rhod.* Verſus eſt inſititius: Sed unde enatus? Id expiſcari hactenus non potui. An tamen varietas ſcripturæ eum excluſit? Vide: Pro Λῖτα in libris quibuſdam ſcriptum forte Μοῖρα, pro ὄφρ' ἔμελλε Κούρην ἐ μετὰ δηρὸν ὑπ' Αἰακίδαο χέρσσι Δάμασθ', ὄφρ' ἔμελλε Κούρην ὀτρύνασα ποτὶ κλειτὸν Ἀχιλῆα Δάμασθ'. Sic diverſa lectio ad Marginem notata, ineptis pro Verſu fuit: Attende & judica. *Pauw.*

391. ἀμφὶ δέ μιν ζόφος ἤρυφε] Quid caligine opus, ubi præceſſit ἀπόπροθι δ' ἐσηῆα χάρμης? *Pauw.*

392. Αἰὲν ἄϊστος ἐοῦσα] *Semper inſpicua exiſtens*, ſcilicet Pentheſileæ, de qua hic agitur: Et hoc auget difficultatem, quam ad Verſ. præced. movi. *Pauw.*

393. Ὑστατα κυδαίνουσα, ἰὴ' ἄλλοθεν &c.] Forte, Ὑστατα κυδαίνουσ', ἣ δ' ἄλλοθεν ἄλλον ἔπειρεν. Κυδαί-

Ως δ' ὁπότ' ἐρσήεντος ἔσω κήποιο θοροῦσα,
Ποίης ἐλδομένη θυμηδέος εἴαρι, πόρτις,
Ανέρος οὐ παρέοντος, ἐπέσσυται ἄλλοθεν ἄλλῃ
Σινομένη φυτὰ πάντα, νέον μάλα τηλεθόωντα,
Καὶ τὰ μὲν ἂρ κατέδαψε, τά δ' ἐν ποσὶν ἠμάλδυνεν·
Ως ἄρ' Αχαιῶν νῆας ἐπέσσυμένη καθ' ὅμιλον
Κούρη Ενυαλίη, τοὺς μὲν κτάνε, τούς δ' ἐφόβησε.
Τρωϊάδες δ' ἀπάνευθεν Αρήϊα ἔργα γυναικὸς
Θαύμαζον, πολέμοιο δ' ἔρως λάβεν Ιπποδάμειαν
Αντιμάχοιο θύγατρα, Μενεπτολέμοιο δ' ἄκοιτιν
Σιφόϊην· κρατερῇσι δ' ὑπὸ φρεσὶ μεμαυῖα,
Θαρσαλέον φάτο μῦθον, ὁμήλικας ὀτρύνουσα
Δῆριν ἐπὶ στονόεσσαν· ἔγειρε δέ οἱ θάρσος ἀλκήν·
Ω φίλαι, ἄλκιμον ἦτορ ἐπὶ στέρνοισι βαλοῦσαι
Ανδράσιν ἡμετέροισιν ὁμόϊον, οἱ περὶ πάτρης
Δυσμενέσιν μάρναντα, ὑπὲρ τοκέων τε, καὶ ἡμῶν,
Οὔποτ' ἀναπνείοντες ὀϊζύος, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ
Παρθένεναι φρεσὶ θυμὸν, ἴσης μνησώμεθα χάρμης.
Οὐ γὰρ ἀπόπροθεν εἰμὲν ἐϋσθενέων αἰζηῶν,
Αλλ' οἷον κείνοισι πέλει μένος, ἐστὶ καὶ ἡμῖν·
Ισοι δ' ὀφθαλμοὶ, καὶ γούνατα, πάντα δ' ὁμοῖα·

Ξυ-

δαίωτα Parca, ἢ δ' ἔναιρεν Pentheſilea, funera funeribus cumulans. *Dausq.* Ita ſine dubio ſcribendum: Vide autem, quomodo in κύδαινεν, κυδιάσσειν, & κυδαίνετα hic hæreat Quintus, qui verboſior, verborum ſæpe fuit egens. *Pauw.*

399. Αχαιῶν νῆας] Campeſtris hæc agitur pugna, naumachia non eſt: Prætulerim Αχαιῶν ἥας. Sequitur τοὺς μὲν κτάνε, τοὺς δ' ἐφόβησε. Item comparatio bovis laſcivibundæ & herbida paſcentis, atque calcantis propior eſt pugnæ pedeſtri, quam navali. *Dausq.* Adeo apertum eſt ἥας, ut latitare non poſſit: Interpres recte etiam *Achivum natos. Pauw.*

403. Μενεπτολέμοιο δ' ἄκοιτιν Σιφόϊην] Forte μενεπτολέμοιο δ' ἄκοιτιν Τισιφόην. *Rhod.* Locus difficilis: Τισιφόνες plane ignotus: Hippodamia Iliad. N. eſt filia Anchiſæ, quam duxit Alca-

Ut, quando in roſcidum irrupit hortum
Verno tempore juvenca dulcis herbæ cupida,
Dum villicus abeſt; Tum aliunde alio fertur,
Vaſtatque omnes plantas, recenti flore germinantes,
Alias equidem depaſcitur, alias pedibus conculcat:
Sic etiam Achivum natos, in acie invadens,
Martia virgo, partim occidit, partim in fugam egit.
Troades autem procul Mavortia mulieris facinora
Admirantur. Tum belli cupido inceſſit Hippodamiam
Antimachi filiam, & bellicoſi uxorem
Tiſiphoni: Fortisque animi ſtimulo percita,
Plenam fiduciæ orationem habuit; qua æquales exhortarctur
Ad triſtiſonum certamen. Audacia namque illi vires excitabat.
Amicæ, fortem pectoribus animum infigite,
Non minus quam viri noſtri, qui pro patria
Contra hoſtes parentum & noſtræ ſalutis cauſa pugnant,
Nunquam ab ærumnis reſpirantes. Agedum & ipſæ,
Indita pectoribus fiducia, ad ſimilem nos pugnam accingamus!
Non enim multum a juvenibus abſumus robuſtis,
Sed quale ipſis eſt robur, nobis etiam eſt,
Paresque oculi, & genua, & omnia ſimilia:

Lux

cathous: Et ſic ſcripſiſſet Quintus, ſi Homerum ſecutus ſuiſſet, λάβεν Ιπποδάμειαν Αγχίσαο θύγατρα, μενεπτολίμοις δ' ἄκοιτιν Αλκαθόου: Sed multa in his, quæ aliter Homerus, aliter Quintus: Quanquam illud Αγχίσαο θύγατρα forte non diſplicebit multis: Ego nihil affirmo, & libros meliores exſpectandos eſſe aio, qui loco adſint. Interim non improvide ita legi poſſet, λάβεν Ιπποδάμειαν Αντιμάχοιο θύγατρα, Μενεπτολίμοις δ' ἄκοιτιν Τλητίπονος: *audacem, ſtrenuam, laboris patientem.* Heſychius in Lexico: Τλητίπονος, τολμηρὸς, καρτερικός. *Pauw.*

404. κρατερῇσι δ' ὑπὸ φρεσὶ μεμαῦῖα] ὑπὸ φρεσὶν ἰμμεμαῦῖα. *Rhod.*

406. οἱ θάρσος ἀλκήν] οἱ θράσος. *Rhod.*

407. ἐπὶ στέρνοισι βαλῆσαι] βάλεσθαι. *Rhod.*

Ξυνόν δ' αὖ πάντεσσι Φάος, καὶ νήχυτος ἀὴρ·
Φορβὴ δ' οὐχ ἑτέρη· τί δ' ἐπ' ἀνδράσι λώϊον ἄλλο
Θῆκε θεὸς; τῷ μή τι φεβώμεθα δηϊοτῆτος.
Ἦ οὐχ ὁρᾶτε γυναῖκα μέγ' αἰζηῶν προφέρουσαν
Ἀγχεμάχων; τῆς δ' οὔτι πέλει σχεδὸν οὔτε γενέθλη,
Οὐ γὰρ ἐὸν πτολίεθρον· ὑπὲρ ξείνοιο δ' ἄνακτος
Μάρναται ἐκ θυμοῖο, καὶ οὐκ ἐμπάζεται ἀνδρῶν,
Ἐνθεμένη φρεσὶ θάρσος, ἀταρτηρόντε νόημα·
Ἡμῖν δ' ἄλλοθεν ἄλλα παραὶ ποσὶν ἄλγεα κεῖται·
Τῇ μὲν γὰρ φίλα τέκνα, καὶ ἀνέρες ἀμφὶ πόληϊ
Ὀλυνθ'· αἱ δὲ τοκῆας ὀδυρόμεθ' οὐκ ἔτ' ἐόντας·
Ἄλλαι δ' αὖτ' ἀκάχηνται ἀδελφειῶν ἐπ' ὀλέθρῳ,
Καὶ πηῶν· οὐ γάρ τις ὀϊζυρῆς κακότητος
Ἄμμορος· ἐλπωρὴ δὲ πέλει καὶ δούλιον ἦμαρ
Εἰσιδέειν· τῷ μή τις ἔτ' ἀμβολίῃ πολέμοιο
Εἴη τειρομένῃσιν· ἔοικε γὰρ ἐν δαὶ μᾶλλον
Τεθνάμεν, ἢ μετόπισθεν ὑπ' ἀλλοδαποῖσιν ἄγεσθαι,
Νηπιάχοις ἅμα παισὶν, ἀνιηρῇ ἐπ' ἀνάγκῃ
Ἀστεος αἰθομένοιο, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ἔτ' ἐόντων.
Ὡς ἄρ' ἔφη· πάσῃσι δ' ἔρως στυγεροῖο μόθοιο
Ἐμπεσεν· ἐσσυμένως δὲ πρὸ τείχεος ὡρμαίνεσκον
Βήμεναι ἐν τεύχεσιν, ἀρηγέμεναι μεμαυῖαι
Ἀστεϊ, καὶ λαοῖσιν· ὀρίνετο δέ σφισι θυμὸς·
Ὡς δ' ὅτ' ἔσω σίμβλοιο μέγ' ἰύζωσι μέλισσαι,
Χείματος οὐκ ἔτ' ἐόντος, ὅτ' ἐς νομὸν ἐντύνονται
Ἐλθέμεν, οὐδ' ἄρα τῇσι φίλον πέλει ἔνδοθι μίμνειν,
Ἀλλη δ' αὖ ἑτέρην προκαλίζεται ἐκτὸς ἄγεσθαι·
Ὡς ἄρα Τρωϊάδες ποτὶ φύλοπιν ἐγκονέουσαι,

Αλ-

418. οὐχ ὁρᾶτε] οὐχ ὁράατε. *Rhod.* Recte: ἦ οὐχ coaleſcit in metiendo. *Pauw.*

420. Οὐ γὰρ ἐὸν πτολίεθρον] Οὔτ' ἄρ' ἐὸν. *Rhod.*

425. Ολυνθ'] Ολλυνθ'. *Rhod.*

428. δούλιον] δούλιον. *Rhod.*

436. Βήμεναι ἐν τεύχεσιν &c.]

Lux etiam omnibus communis, & liquidus aër,
Nec diverſum eſt nutrimentum. Et quid aliud viris,
quo nos præcellant,
Appoſuit Deus? Ideo certamen hoſtile nequaquam
defugiamus.
Nonne videtis fœminam viris longe præſtare
Bellacibus? cujus neque familia in propinquo eſt,
Neque urbs ſua: ſed pro rege externo,
Ex animo belligeratur. Nec magnifacit viros,
Eam pectore virtutem, tam imperterritum complexa
eſt animum.
Nobis autem aliunde aliæ ante pedes miſeriæ objectæ
ſunt,
Aliis enim cari liberi & mariti ante urbem
Perierunt. Aliæ parentes deploramus non ultra ſuperſtites.
Aliæ ob fratrum & propinquorum necem
Animi ſe diſcruciant. Nulla enim a calamitoſiſſima
infelicitate
Immunis eſt. Addite, quod metuendum, ne diem ſervitute gravem
Videamus. Ideo nulla pugnandi mora
Sit tantopere afflictis. Satius eſt in prælio
Occumbere, quam ab alienigenis poſtmodum, neceſſitate
Triſti coactas, una cum infantibus liberis abduci,
Urbe incendio abſumta, & viris e medio ſublatis.
Sic dixit. Univerſas igitur triſtis pugnæ cupido
Inceſſit; & continuo extra mœnia conantur
Prorumpere armata manu; ſuppetias ferre properantes
Urbi & civibus: Animusque illis commotus erat.
Ut cum in alveariis magno apes fremitu muſſant
Poſt hyemem exactam, cum ad evolandum in paſcua
Seſe accingunt, nec amplius includi ipſis amicum eſt,
Sed alia aliam ad exeundum provocat.
Sic Troades ad conflictum feſtinantes

Se

ἐν τεύχεσσι, ut Verſui bene ſit, γίμεναι μεμαῶσι ſono hercule ingratior. PAUW.
qui tamen propter βήμεναι ἀρη-

Αλλήλας ὄτρυνον· ἀπόπροθι δ' εἴξια θέντο,
Καὶ ταλάρους· ἀλεγεινὰ δ' ἐπ' ἔντεα χεῖρας ἴαλλον.
Καὶ νύχιον ἄστεος ἐκτὸς ἅμα σφετέροισιν ὅλοντο
Ανδράσι, καί σθεναρῇσιν Αμαζόσιν ἐν δαΐ κεῖναι,
Εἰ μὴ σφέας κατέρυξε πύλα Φροντίδουσα Θεανὼ
Εσσυμένας, πινυτοῖσι παραυδήσασ' ἐπέεσσιν·
Τίπλε κλόνον αἰνὸν ἐελδόμεναι πονέεσθαι
Σχέτλιαι, οὔτι πάροιθε πονησάμεναι περὶ χάρμης,
Ἀλλ' ἄρα νηΐδες, ἔργον ἐπ' ἄτλητον μεμαυῖαι,
Ορνυσθ' ἀφραδέως; οὐ γὰρ σθένος ἔσσεται ἶσον
Υμῖν, καὶ Δαναοῖσιν ἐπισταμένοισι μάχεσθαι·
Αὐτὰρ Αμαζόσι δῆρις ἀμείλιχος, ἱππασίαι τε
Εὔαδον ἐξαρχῆς, καὶ ὅσ' ἀνέρος ἔργα πέλονται·
Τοὔνεκ' ἄρα σφίσι θυμὸς Αρήϊος αἰὲν ὄρωρεν·
Οὐδ' ἀνδρῶν δέυονται, ἐπεὶ πόνος εἰς μέγα κάρτος
Θυμὸν ἀνηέξησε, καὶ ἄτρομα γούνατ' ἔθηκε·
Τὴν δὲ φάτις καὶ Αρηος ἔμεν κρατερῷο θύγατρα·
Τῷ οἱ θηλυτέρην τίν' ἐριζέμεν, οὔτι ἔοικεν·
Ηὲ τάχ' ἀθανάτων τὶς ἐπήλυθεν εὐχομένοισιν·
Πᾶσι δ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ὁμὸν γένος· ἀλλ' ἐπὶ ἔργα
Στρωφῶν', ἄλλος ἐπ' ἄλλα· πέλει δ' ἄρα κεῖνο φέριστον
Εργον, ὅ, τι φρεσὶν ἦσιν ἐπιστάμενος πονέηται·
Τοὔνεκα δηϊοτῆτος ἀποσχόμεναι κελαδεινῆς,
Ιστὸν ἐπεντύνεσθε ἔων ἔντοσθι μελάθρων·

Ar-

446. *ἐν δαΐ κεῖναι*] Forte *κείμη*. *Rhod.* Ego nihil muto, & *κεῖναι* ſignatius fere autumno. *Pauw.*

449. *Τίπτε κλόνον αἰνὸν ἐελδόμεναι*] *Τίπτε ποτὶ κλόνον αἰνὸν, ἐελδόμεναι. Rhod.* Non placet Rhodomanni ſuſpicio: Nam *ποτὶ κλόνον αἰνὸν* miſere pendet, & nihil habet, quo referri poſſit, quia *ὄρνυσθ' ἀφραδέως*, quo referendum eſſet, copulari debet cum *ἔργον ἐπ' ἄτλητον μεμαυῖαι*, quod proximum eſt: Res eſt perſpicua, & de qua dubitare poteſt nemo, qui verba in ordinem cogat. Scribendum eſt, *Τίπτε κατὰ κλόνον αἰνὸν ἐελδόμεναι*

Se mutuo inſtigant; procul ſepoſitis cum lana
Calathis; & ad ſæva arma manus adjiciunt.
Et procul dubio ante urbem occidione, una cum ſuis illæ
Viris & ſtrenuis Amazonibus in conflictu periiſſent:
Niſi impetum earum prudens Theano,
Prudentibus affata verbis, cohibuiſſet:
Quare ad gravem pugnæ ſtrepitum, bellandi quodam ardore,
Infelices cum nullam prius bello operam dederitis,
Sed plane rudes ad rem vobis intolerabilem properantes
Ruitis inſipienter? Non enim pares erunt vires
Vobis & Danais belligerandi arte probe imbutis.
At Amazonibus certamen infeſtum, & equitandi ſtudium,
Cæteraque opera, quæ viro competunt, jam inde a principio cordi ſunt.
Unde fit, ut animus perpetuo Martem iſtis ſpiret.
Neque virorum opera indigent, quandoquidem labor ad magnum robur
Animum provexit & intrepida genua fecit.
Quid? quod iſtam Martis robuſti natam eſſe perhibent.
Quare non par eſt fœminarum aliquam cum ea in certamen deſcendere.
Aut forte Deorum quiſpiam ad vota illarum præſto eſt.
Eadem quidem generis origo eſt univerſis hominibus, ſed circa munia
Alius alia verſatur: illudque potiſſimum eſt
Opus, quod mente ſua cognitum quis exercet.
Idcirco a clamoſa deſiſtentes pugna,
Telam in veſtris ædibus inſtaurate.

Virī

δόμοισι πονέεσθαι Σχίθῃσι, ὅτι &c. Sic oratio recte habet, quanquam verboſior ſane, quam par eſt. *Pauw.*

461. εὐχομένοισιν] Trojanis ſcilicet: Junge V. 356. & ſeqq. Interpres male *ad vota illarum.* *Pauw.*

467.

Ανδράσι δ' ἡμετέροισι περὶ πολέμοιο μελήσει·
Ελπωρὴ δ' ἀγαθοῖο τάχ' ἔσσεται, οὕνεκ' Αχαιοὺς
Δερκόμεθ' ὀλλυμένους· μέγα δὲ κράτος ὄρνυται ἀνδρῶν
Ημετέρων· οὐδ' ἔστι κακὸν δέος· οὔτι γὰρ ἄστυ
Δῄοισι ἀμφὶς ἔχουσιν ἀνηλέες, οὔτ' ἀλεγεινὴ
Γίγνετ' ἀναγκαίη καὶ θηλυτέρῃσι μάχεσθαι.
Ως φάτο· ταὶ δ' ἐπίθοντο παλαιοτέρῃ περ ἐούσῃ·
Υσμίνην δ' ἀπάνευθεν ἐσέδρακον· ἡ δ' ἔτι λαοὺς
Δάμνατο Πενθεσίλεια· περιτρομέοντο δ' Αχαιοί·
Οὐδέ σφι θανάτοιο πέλε στονόεντος ἄλυξις,
Αλλ' ἅτε μηκάδες αἶγες ὑπὸ βλοσυροῖσι γένυσι
Παρδάλιος κτείνοντο, ποθὴ δ' ἔχεν οὐκ ἔτι χάρμης
Ανέρας, ἀλλὰ φόβοιο· καὶ ἄλλυδις ἄλλος ἴαχεν.
Οἱ μὲν ἀποῤῥίψαντες ἐπὶ χθόνα τεύχε' ἀπ' ὤμων,
Οἱ δ' ἄρα σὺν τεύχεσσι, καὶ ἡνιόχων ἀπάνευθεν,
Ιπποι ἔσαν φεύγοντες· ἐπεσσυμένοις δ' ἄρα χάρμα
Επλετ'· ἀπολλυμένων δὲ πολὺς πόνος· οὐδέ τις ἀλκὴ
Γίγνετο τειρομένοισι· μινυνθάδιοι δὲ πέλοντο
Πάντες, ὅσους ἐλίχανεν ἀνὰ κρυερὸν στόμα χάρμης·
Ως δ' ὅτ' ἐπιβρίσασα μέγα στονόεσσα θύελλα,
Αλλα μὲν ἐκ ῥιζῶν χαμάδις βάλε δένδρεα μακρὰ
Ανθεσι τηλεθόωντα, τὰ δ' ἐκ πρέμνοιο κέδασεν
Υψόθεν, ἀλλήλοισι δ' ἐπικλασθέντα κέχυται·
Ως Δαναῶν κέχλιτο πολὺς στρατὸς ἐν κονίῃσι.

Moi-

467. *πιρὶ πολίμοιο*] *πιρὶ πτολίμοιο*. *Rhod.* Non neceſſe: Monuimus jam. *Pauw.*

470. *οὐδ' ἔστι κακὸν δέος*] Malim *κακῶν δέος*: Sic *ἀγαθοῖο ἐλπωρὴ* præcedit. *Pauw.*

476. *Οὐδέ σφι θανάτοιο*] Verſus requirit vel *σφιν* vel *σφισι*. *Pauw.*

477. *ὑπὸ βλοσυροῖσι γένυσι*] *βλοσυρῇσι γίνυσι* vel *βλοσυραῖς γενύεσσι*. *Rhod.* *γένυσσι* vel *γενύεσσι* Rhodomannus, fruſtra. Nam & Nonnus Lib. B. *Ιοβόλοι ῥαθάμιγγες ἑτηρεφέοντο γενύων*: Et *υ* in *ἰλύος* modo corripi, modo produci autor mihi Scholiaſtes in Iliad. Φ. *Dausq.*

485. *ὅσους ἐλίχανεν*] Minus appoſitum eſt *ἐλίχανεν* ita nude de Penthesilea, ubi *ἐπεσσυμένοις δ' ἄρα*

Viri autem noſtri belli curam gerent,
Et ſpes felicis ſtatus mox aderit. Quia Achivos
Videmus ſuccumbere, & virorum robur egregie viget
Noſtrorum: Nec eſt quod male nobis metuamus.
Non enim urbem
Oppugnatione premunt hoſtes infeſti; nec tam acerba
Neceſſitas incumbit, ut & fœminæ pugnæ diſcrimen
adire cogantur.
Sic ait: Illæ igitur ſeniori morem geſſere:
Et e longinquo pugnam ſpectarunt. Cæterum in acie
(Græcorum)
Adhuc ſtragem edebat Penthefilea, & undique trepidabant Achivi;
Nec lamentabilis interitus effugium illis patebat.
Sed veluti capræ balantes ſub immanibus Pardalis
Maxillis conficiuntur. Nec cupiditas amplius belli tenet
Viros, ſed fugæ: & alius alio ſe ſubducit;
Pars armis ad terram rejectis ab humeris:
Pars una cum armis: & deſtituti aurigis
Equi diſpalantur. Apud infeſtantes quidem gaudium,
At multum gemitus apud intereuntes erat; nec quicquam opis
Dabatur afflictis: Sed brevis erant vitæ
Omnes, quos in aſpera conflictus fronte illa comprehendit.
Sicut ubi ingraveſcens magno murmure venti procella
Arbores longas partim radicitus humi proſternit,
Cum floribus adhuc vireſcentes, partim a caudice deſuper avulſas
Diſſipat, truncatique rami inter ſe confuſi jacent:
Ita ingens Danaum exercitus in pulvere jacebat proſtratus
Nu-

ἄρα χάρμα præcedit: Sic tamen ipſe Quintus: Nam ἰκίχανον non conveniret hic. *Pauw.*

488. Κίδανοι] κέδανοιν. *Rhod.*

489. ἀλλήλοισι δ' ἐπικλασθέντα κίχυται] κίχυνται. *Rhod.* Scribe etiam diviſim, ἀλλήλοισι δ' ἐπὶ κλασθέντα. *Pauw.*

490. κέκλιντο] Mediam hic producit contra quam fieri ſolet: Nonne ſcribendum κέκλιντο? πολὺς στρατὸς collectio eſt. *Pauw.*

497.

Μοιράων ἰότητι, καὶ ἔσχεϊ Πενθεσιλείης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ νῆες ἐνιπρήσεσθαι ἔμελλον
Χερσὶν ὑπὸ Τρώων, τότε που μενεδήϊος Αἴας
Οἰμωγῆς ἐσάκουσε, καὶ Αἰακίδην προσέειπεν,
Ω Αχιλεῦ, περὶ δή μοι ἀπείριτος ἤλυθεν αὐδὴ
Οὔασιν, ὡς πολέμοιο συνεσταότος μεγάλοιο·
Αλλ' ἴομεν, μὴ Τρῶες ὑποφθάμενοι παρὰ νηυσὶν,
Αργείους ὀλέσωσι, καταφλέξωσι δὲ νῆας·
Νῶϊν δ' ἀμφοτέροισιν ἐλεγχείη ἀλεγεινὴ
Εσσεται· οὐ γὰρ ἔοικε Διὸς μεγάλοιο γεγαῶτας,
Αἰσχύνειν πατέρων ἱερῶν γένος, οἳ ῥὰ καὶ αὐτοὶ
Τρώων ἀγλαὸν ἄστυ διέπραθον ἔσχεσιν
Τοπρὶν, ἅμ' Ηρακλῆϊ δαΐφρονι, Λαομέδοντος,
Ωσπερ νῦν τελέεσθαι ὑφ' ἡμετέρῃσιν ὀΐω
Χερσὶν, ἐπεὶ μέγα κάρτος ἀέξεται ἀμφοτέροισιν.
Ως φάτο· τῷ δ' ἐπίθησε θρασὺ σθένος Αἰακίδαο·
Κλαγγὴν γὰρ στονόεσσαν ὑπέκλυεν οὔασιν οἷσιν·
Αμφω δ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἔντεα μαρμαίροντα·
Καὶ τὰ μὲν ἑσσάμενοι, κατεναντίον ἔσταν ὁμίλου·
Τῶν δ' ἄρα τεύχεα καλὰ μέγ' ἔβραχε· μαίνετο δέ σφιν
Ισον θυμὸς Αρηϊ· τόσον σθένος ἀμφοτέροισι
Δῶκεν ἐπειγομένοισι σακέσπαλος Ατρυτώνη·
Αργεῖοι δ' ἐχάρησαν, ἐπεὶ ἴδον ἀνδρε κραταιὼ,
Εἰδομένω παίδεσσιν Αλωῆος μεγάλοιο,

Οἳ

497. μὴ Τρῶες ὑποφθάμενοι &c.] Poſt Hectoris interitum, & ea, quæ antea narrantur, de navibus & toto Græcorum exercitu hic nimis feſtinanter ſollicitus eſt Ajax: Debuiſſet hæc aliter adornare Quintus, ut verba magis accommode metum illum proderent. *Pauw.*

499. Νῶϊν δ' ἀμφοτέροισιν ἐλεγχείη ἀλεγεινὴ] Ita Aldina perſpicue & plane: Baſileenſes peſſime Verſum ita truncaverant, Νῶϊν δ' ἀμφοτέροισιν ἀλεγχεινὴ: Inde Rhodomanni Notula: *Deeſt forte* καὶ ἄνειδος, *vel* κατ' Αχαιὸς, *vel* κατὰ δῆμον, *vel adjectivum aliquod, ut* μάλ' ἀεικὴς: Ubi ἐλεγχείη ſcilicet correxerat. *Pauw.*

500.

Numine fatorum, & Pentheſileæ haſta.
Sed cum futurum eſſet, ut & naves incenderentur
Troum manibus; ad bellicoſi Ajacis forte
Aures clamor triſtis pervenit. Igitur Æacidem ſic compellavit:
Heus Achilles, ingens mihi vociferatus aures
Circumſtrepit, ac ſi prælium grande commiſſum fuerit:
Eamus ergo ne præoccupantes Trojani apud naves
Argivos cædant, claſſemque incendio vaſtent,
Et utrique noſtrum turpis ignominiæ labes
Aſpergatur. Non enim a magno Jove progenitos decet,
Sacrum genus parentum dehoneſtare: Qui & ipſi
Splendidam Troum urbem haſtato Marte olim,
Cum bellaci Hercule, regnante Laomedonte expugnarunt:
Ut nunc effectum iri noſtris confido
Manibus, cum utrique ingens robur vigeſcat.
Sic dixit, eique morem geſſit audax vis Æacidæ.
Clangorem enim illætabilem auribus ſuis perceperat.
Ambo igitur properant ad fulgentia arma:
Quibus induti ex adverſo conſiſtunt exercitui:
Horumque inſignia arma valde reſonant, furitque ipſis
Animus, æque ac Marti: tantum robur utrique
Feſtinanti dederat clypei agitatrix Minerva.
Argivi autem læti erant, cum fortes viros conſpexerunt,
Similes filiis magni Aloei:

Qui

500. *Διὸς μεγάλοιο γεγαῶτας*] *μεγάλου* pro *μεγάλοιο*, vel hoc retento, *γεγῶτας*. *Rhod.*

501. *πατρὸς ἱερῶν γένος*] Imo *ἱερὸν γένος*: Quod in Verſione ſua expreſſit Rhodomannus, & Dausquejus citat in Notis. *Pauw.*

503. *Λαομέδοντος*] Hic manca eſt oratio: Nam poſt *Λαομέδοντος* Verſus deeſſe videtur. Sententiæ tamen non multum decedit, etiamſi cauſa Trojæ tunc diutæ ſubticeatur. *Rhod.* Verſus haud dubie deeſt. *Pauw.*

509 *κατηφέες ἔσαν ὁμίλου*] Ita Aldus: Baſileenſes pro *ἔσαν* perperam ediderant *ἔσσαν*: Unde illa Rhodomanni hæſitatio, *Forte ἧσαν pro ἵσταν, vel ἴξαν: Sed ἔσαν viſum eſt tandem eſſe genuinum. Pauw.*

514. *Εὐρυμέδων παίδεσσιν Αἰ-λαῆος* &c.] Comparatio inepta:

Οἵ ποθ' ἐπ' εὐρὺν Ολυμπον ἔφαν θέμεν οὔρεα μακρὰ,
Οσσαν αἰπεινὴν, καὶ Πήλιον ὑψικάρηνον,
Οπως δὴ μεμαῶτε, καὶ οὐρανὸν εἰσαφίκωνται·
Τοῖοι ἄρ' ἀντέστησαν ἀταρτηροῦ πολέμοιο
Αἰακίδαι, μέγα χάρμα λιλαιομένοισιν Αχαιοῖς,
Αμφω ἐπειγόμενοι δηΐων ἀπὸ λαὸν ὀλέσσαι·
Πολλοὺς δ' ἐγχείῃσιν ἀμαιμακέτῃσι δάμασσαν·
Ως δ' ὅτε πίονα μῆλα βοοδμητῆρε λέοντε
Εὑρόντ' ἐνὶ ξυλόχοισι, φίλων ἀπάνευθε νομήων,
Παντοσύνῃ κτείνωσιν, ἄχρις μέλαν αἷμα πιόντες,
Σπλάγχνων ἐμπλήσονται ἑὴν πολυχανδέα νηδύν,
Ως οἵγ' ἄμφω ὄλεσσαν ἀπειρέσιον στρατὸν ἀνδρῶν·
Ενθ' Αἴας ἕλε Δηΐχον, ἠδὲ Αρήϊον Υλλον,
Εὐρύνομόν τε φιλοπτόλεμον, καὶ Ενυέα δῖον·
Αντάνδρην δ' ἄρα Πηλείδης ἕλε, καὶ Πολέμουσαν,
Ηδὲ καὶ Αντιβρότην, μετὰ δ' Ιπποθόην ἐρίθυμον,
Τῇσι δ' ἐφ' Αρμοθόην· ἐπὶ δ' ὤλετο λαὸν ἅπαντα
Σὺν Τελαμωνιάδῃ μεγαλήτορι· τῶν δ' ὑπὸ χερσὶ
Πυκναίτε, σθεναραὶτε κατηρείποντο φάλαγγες
Ρεῖα δὲ 'τραλέως, ὡσεὶ πυρὶ δάσκιος ὕλη,
Οὔρεος ἐν ξυλόχοισιν, ἐπισπέρχοντος ἀήτεω.
Τούς δ' ὁπότ' εἰσενόησε διΐφρων Πενθεσίλεια
Θῆρας ὅπως θύνοντας ἀνὰ μόθον ὀκρυόεντα,
Αμφοτέρων ὤρμησε κατεναντίον, ἠΰτε *

Πόρ-

Sed Gigantea in his ubique ex hominis Recentioris ingenio. *Pauw.*

516. Οσσαν αἰπεινὴν] Οσσαιτ' αἰπεινὴν. *Rhod.*

517. Οπως δὴ μεμαῶτε] Οπως. *Rhod.*

519. μέγα χάρμα λιλαιομένοισιν Αχαιοῖς] Præceſſit Αργεῖοι δ' ἐχάρησαν. *Pauw.*

523. Εὑρόντ' ἐνὶ ξυλόχοισι] ἐν ξυλόχοισι. *Rhod.*

525. ἐμπλήσονται] ἐμπλήσωνται. *Rhod.*

527. Δηΐχον] Non placet nomen: Nonne ſcribendum, Ενθ' Αἴας ἕλε Δηΐοχον, ἠδ' ἀρήϊον Υλλον? Deiochus inter Græcos eſt apud Homerum. *Pauw.*

531. Αρμοθόην] Supra V. 43. nobis

Qui impoſituros ſe quondam jactitabant ſuper latum
Olympum arduos montes,
Oſſamque excelſam, & Pelion altijugum;
Ut (ſic) connixi etiam in cælum (usque) pervenirent.
Tales ſe objectarunt terribili pugnæ
Æacidæ, magnum expectantibus Achivis gaudium:
Ambo hoſtium turbam pellundare feſtinantes.
Multos igitur invictis haſtis peremerunt.
Non aliter quam duo Leones boum domitores, pingues oves,
In ſaltu inventas ſine amicis paſtoribus,
Confertim trucidant, usque dum nigro (illarum) ſanguine hauſto,
Viſceribus capaciſſimum ſuum ventrem expleverint.
Sic illi innumerabilem Virum turbam exitio dederunt.
Ibi Ajax occidit Deichum & Hyllum Mavortium,
Eurynomumque belli amantem, & divum Enyeum.
Antandren vero obtruncat Pelides, & Polemuſam,
Nec non Antibroten, & cum ea acris animi Hippothoën:
Et ſuper his etiam Harmothoën: & invadit totum
exercitum
Cum Telamoniade cordato, horumque manibus
Denſa & valida ſternuntur agmina
Facile & ſine mora, ac ſi igni ſylva opaca (abſumatur)
In montis ſaltu, urgente vento.
Hos itaque cum animadvertit Penthesilea belli gnara
Graſſantes per aſperam aciem, non ſecus ac feras,
Obviam utrique tendit, ut ferox

Par-

nobis placuit *Αρμαθόη. Pauw.*

Ibid. *ἐπὶ οἳ ἅλετο λαὸν ἅπαντα*] *ἐπὶ οἳ ἅλετο. Rhod.*

534. *Ῥεῖα δὲ τρομέοντας*] *Ῥεῖα καὶ ὀτρομέοντας. Rhod.*

Ibid. *ὥστε πυρὶ δάσκιος ὕλη, Οὔρεος ἐν ξυλόχοισιν*] Ineptum eſt *ξυλόχοισιν* poſt *δάσκιος ὕλη*. An ita Quintus? Non puto, & Amanuenſes hic accuſo. Lege, *ὥστε πυρὶ δάσκιος ὕλη Οὔρεος ἐν ξυνοχῇσιν: In montis anguſtiis*, ubi & ventus & ignis maxime furit. *ἐν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ* ex Homero notiſſimum eſt. *Pauw.*

538. *ἄρμητις κατιοῦσιν*] *ἄρμητις κατιοῦσιν*: In fine Epitheton deeſt, *δεινὴ* vel *ἀναιδὴς Rhod.*

Πόρδαλις ἐν ξυλόχοισιν ὀλέθριον ἧτορ *
Αἰνὰ περισαίνουσα, θορεῖ κατέναντ' ἐπιόντων
Αγρευτῶν, ὅιπέρ μιν ἐν ἔντεσι θωρηχθέντες,
Εσσυμένην μίμνουσι, πεποιθότες ἐγχείῃσιν·
Ως ἄρα Πενθεσίλειαν Αρήϊον ἄνδρες ἔμιμνον,
Δούρατ' ἀειράμενοι· περὶ δέ σφισι χαλκὸς *
Κινυμένων· πρώτη δ' ἔβαλεν περιμήκετον ἔγχος
Εσθλὴ Πενθεσίλεια· τὸ δὲ σάκος Αἰακίδαο
Ιξεν, ἀπεπλάγχθη δὲ διατρυφὲν εὖτ' *
Τοῖ' ἔσαν Ηφαίστοιο περίφρονος ἄμβροτα δῶρα.
Ηδ' ἕτερον μετὰ φρεσὶ τιτύσκετο θοῦρον ἄκοντα
Αἴαντος κατέναντα, καὶ ἀμφοτέροις ἀπείλει·
Νῦν μὲν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἐτώσιον ἔκθορεν ἔγχος·
Αλλ' οἴω, τάχα τῷδε μένος καὶ θυμὸν ὀλέσσειν
Υμέων ἀμφοτέρων, ὅι τ' ἄλκιμοι εὐχετάασθε
Εμμεναι ἐν Δαναοῖσιν· ἐλαφροτέρη δὲ μόθοιο
Εσσεται ἱπποδάμοισι μετὰ Τρῳέσσιν ὀιζύς·
Αλλά μοι ἆσσον ἵκεσθ' ἀνὰ κλόνον, ὄφρ' ἐσίδεσθε
Οσσον Αμαζόσι κάρτος ἐνὶ στήθεσσιν ὄρωρεν·
Καὶ γάρ μευ γένος ἐστὶν Αρήϊον· οὐδέ με θνητὸς
Γείνατ' ἀνὴρ, ἀλλ' αὐτὸς Αρης, ἀκόρητος ὁμοκλῆς·
Τούνεκά μοι μένος ἐστὶ πολὺ προφερέστατον ἀνδρῶν.
Η μέγα· τοί δ' ἐγέλασαν· ἄφαρ δέοι ἤλασ' ἀϊχμὴ
Αἴαν-

539. ἐλέθριον ἧτορ *] Adde in calce ἔχουσα. *Rhod.*

540. περισαίνουσα] περισσαίνουσα. *Pauw.*

544. περὶ δέ σφισι χαλκὸς *] περὶ δέ σφισιν ἔβραχε χαλκὸς. *Rhod.* Posset etiam legi, περὶ δέ σφισι χαλκὸς ἐλήκει, crepitabat. *Pauw.*

546. τὸ δὲ σάκος] τὸ δὴ σάκος, vel τὸ δ' ἐς σάκος. *Rhod.*

Reverebantur & Helenam, quamvis illius causa
pereuntes.
At hunc, quamlibet probum, Paris coram magno jur-
gio adoritur.
Polydama tu equidem es imbellis & ignavus,
Nec fortis in pectore animus tibi existit,
Sed pavor & fuga. Jactas te quidem optimum esse
In Senatu, sed deteriora quam omnes (alii) consilia
scis depromere.
Agedum ergo tu ipse a pugna abstineto,
Et domi te deses contine: Alii autem
Circa me armentur cives, donec machinamentum
Inveniamus optatum hujus crudelis belli.
Viris (fortibus) una cum opere, ingens gloria accrescit:
Pueris autem & mulierculis fuga cordi est:
Quas

Αλλ' ἄγε νῦν σὺ, vel Αλλ' ἄγε δή, μὰν, similive. *Dausq.* Αλλ' ἄγε δὴ σὺ μὲν aliis haud dubie præstat. *Pauw.*

76. Ανθρώποις μέγα κῦδος ἀέξεται, ἠδὲ καὶ ἔργον] Ανθρώποις pro Ανδράσι segnius. Est, cui placuit ἀρέσκεται, qui mihi οὔτι ἀρέσκεται. Nam Polydamas gloria generis, & vatis pollebat: at quisquis ad generis decus, aliasque glorias rei bellicæ, ac fortitudinis ornamenta contulerit, næ illi κῦδος ἀέξεται, ἠδὲ καὶ ἔργον. verbo: A factis gloria crescit. Hæc mihi, hæc Calabro mens. *Dausq.* Sententia jejuna, quicquid Dausquejus, quicquid alii dicant. Non imperite fecit, qui ἀρέσκεται scripsit pro ἀέξεται: An tamen legendum potius, Ανθρώποις μέγα κῦδος ἀέξεται, εἴγε καὶ ἔργον? Scilicet ἀέξεται: *Hominibus gloria crescit, si & labor crescat.* Hoc non displicet sane. Potes etiam, ἤγε καὶ ἔργον, *quatenus & labor crescit.* Prius tamen melius. Illud ἀνθρώποις hic segnius revera, ubi sexus & ætatis necessarium ex discrimen. *Pauw.*

Κείνης θυμὸν ἔοικας· ἐγὼ δέ τοι οὔτι πέποιθα
Μαρναμένῳ· πάντων γὰρ ἀμαλδύνεις θρασὺ κάρτος.
Ἦ μέγα νειχείων ὁδὲ χωόμενος, φάτο μῦθον
Πουλυδάμας· οὐ γάρ οἱ ἐναντίον ἄζετ' ἀΰσαι·
Κεῖνος ἐπεὶ στυγερὸς, καὶ ἀτάσθαλος, ἠδ' ἀεσίφρων,
Ος φίλα μὲν σαίνησιν ἐνωπαδὸν, ἄλλα δὲ θυμῷ
Πορφύρει, καὶ κρύβδα τὸν οὐ παρεόντα χαλέπτει·
Τῷ ῥα καὶ ἀμφαδίην μέγα νείκεσε δῖον ἄνακτα·
Ω μοι ἐπιχθονίων πάντων ὀλοώτατε φωτῶν,
Σὸν θράσος ἤγαγε νῶϊν ὀϊζύα· σὸς νόος ἔτλη
Δῆριν ἀπειρεσίην, καὶ τλήσεται, εἰσόκε πάτρην
Σὺν λαοῖς σφετέροισι δαϊζομένην ἐσίδηαι·
Αλλ' ἐμὲ μὴ τοῖόνδε λάβοι θράσος, ἀμφὶ δὲ τάρβος
Ασφαλὲς αἰὲν ἔχοιμι· σόον δέ μοι οἶκον ὀφέλλειν.
Ως ὅγ' ἔφη· ὅδ' ἄρ' οὔτι προσέννεπε Πουλυδάμαντα·
Μνήσατο γὰρ, Τρῳῆσσιν ὅσας ἐφέηκεν ἀνίας,
Ηδ' ὁπόσας ἔτ' ἔμελλεν, ἐπεὶ ῥά οἱ αἰθόμενον κῆρ
Μᾶλλον ἐφώρμαινεν θανέειν, ἢ νόσφι γενέσθαι
Αντιθέης Ελένης, ἧς εἵνεκα Τρῶϊοι υἷες
Υψόθεν ἐσκοπίαζον ἀπ' ἄστεος αἰπεινοῖο,
Δέγμενοι Αργείους, ἠδ' Αἰακίδην Αχιλῆα.
Τοῖσι δ' ἄρ' οὐ μετὰ δηρὸν ἀρήϊος ἦλυθε Μέμνων,
Μέμνων, κυανέοισι μετ' Αἰθιόπεσσιν ἀνάσσων,

Ος

91. Σόον δέ μοι οἶκον ὀφέλλειν] Hæc ego non intelligo, neque significant, aut significare possunt, quod Versio Latina habet: Scribendum, νόος δέ μοι οἶκον ὀφέλλειν: Prudentia domui & familiæ præstare volebat Polydamas, quod Paris audacia sua imperio & populo denegabat. Potes etiam uno ductu, ἀμφὶ δὲ τάρβος Ασφαλὲς αἰὲν ἔχοιμι, νόον δέ μοι οἶκον ὀφέλλειν: Et hoc melius adhuc: μοι cum οἶκον & ὀφέλλειν copulari debet, non cum νόον: Nam sic verba minus apta forent. Sed & νόον τε scribere potes, si arctius copulata velis. *Pauw.*

94. Ηδ' ὁπόσας ἔτ' ἔμελλεν] Scilicet ἐφιέναι: Durior est Ellypsis. *Pauw.*

96. ἧς εἵνεκα Τρῶϊοι υἷες Υψό-

θεν

Quas tu animi timiditate refers. Idco nullam in te
fiduciam colloco,
Si forte pugnæ interes. Animoſos enim cunctorum
ſpiritus deprimis.
Dixit magno eum convicio inceſſens. Iratus vero
hæc verba reddit
Polydamas: non enim verebatur ei reclamare.
Is enim odio dignus, ſceleratus & malignus eſt,
Qui coram amice blanditur: ſed diverſa animo ſuo
Cogitat; & clam abſentem rodit.
Propterea aperte principem generoſum recriminabatur.
Heu perditiſſime omnium, quotquot in terris vivunt,
hominum:
Temeritas tua calamitatem nobis attulit; Animus tuus
ſuſcipere auſus fuit
Infinitum hoc bellum, & proferre audebit, donec patriam
Una cum ſuis incolis devaſtari cernas.
Nequaquam vero talis me temeritas capiat: ſed tutus
Mihi perpetuo metus ſubſit: & ſalva res eſt, ſi domum
meam ſervem augeamque.
Dixit: At is nihil Polydamanti reſpondit,
Dum animo recolit, quantum Trojanis curarum con-
ciliaſſet,
Et quantum adhuc reliquum eſſet: Nam flagrans ipſius
animus
Properat mortem adire potius, quam ſeparari
A Deas æquiparante Helena: Propter quam Trojuge-
num nati
Alte ſpeculabantur ex ſublimi urbe,
Exſpectantes Achivorum & Æacidæ Achillis irruptio-
nem.
His autem non multo poſt bellipotens Memnon auxilio
venit,
Memnon inter atricolores Æthiopes ſummum impe-
rium tenens.

Is

Sw &c.] Hæc jejuna ſunt & co- acta hic, *Pauw.*

Ος κίε λαὸν ἄγων ἀπερείσιον· ἀμφὶ δὲ Τρῶες
Γηθόσυνοί μιν ἴδοντο κατὰ πτόλιν, ἠΰτε ναῦται
Χείματος ἐξ ὀλοοῖο, δι' αἰθέρος ἀθρήσωσιν,
Ηδη τειρόμενοι, ἐλίκης περιηγέος αἴγλην·
Ως λαοὶ κεχάροντο περισταδόν· ἔξοχα δ' ἄλλων,
Λαομεδοντιάδης· μάλα γάρ νυ οἱ ἦτορ ἐώλπει,
Δηώσειν πυρὶ νῆας ὑπ' ἀνδράσιν Αἰθιόπεσσιν·
Οὕνεκ' ἔχον βασιλῆα πελώριον, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Πολλοὶ ἔσαν, καὶ πάντες Αρηα μαιμώωντες·
Τῷ ῥ' ἄμοτον κύδαινεν ἐὺν γόνον Ηριγενείης
Δωτίνῃς ἀγαθῇσι, καὶ εὐφροσύνῃ τεθαλυίῃ·
Αλλήλοις δ' ὁάριζον ἐπ' εἰλαπίνῃ, καὶ ἐδωδῇ·
Ος μὲν ἀριστῆας Δαναῶν, καὶ ὅσ' ἄλγε' ἀνέτλη
Εργ' ἐνέπων· ὁ δὲ πατρὸς ἑοῦ, καὶ μητρὸς Ηοῦς
Αὖ ἀνὰ τὸν βίον αἰὲν, ἀπειρεσίης τε ῥέεθρα
Γηθύος, ὠκεανοῦ τε βαθυῤῥόου ἱερὸν οἶδμα,
Ηδὲ καὶ ἀκαμάτου πέρατα χθονὸς, ἀντολίας τε
Ηελίου, καὶ πᾶσαν ἀπ' ὠκεανοῖο κέλευθον,
Μέχρις ἐπὶ Πριάμοιο πόλιν, καὶ πρώονας Ιδης·
Ηδὲ καὶ ὡς ἐδάιξεν ὑπὸ στιβαρῇσι χέρεσσιν

Αρ-

129. καὶ πάντες Αρηα μαιμώωντ ς] ἀρῆϊα. *Rhod.* Scribe ἐπ' Αρεα μαιμώωντες vel ἀρῆϊα μαιμώωντες. *Dausq.* μαιμώωντες cum casu quarto, nescio an alibi occurrat: Quare ἀρῆϊα, quod cæteroquin optimum esset, suspectum est mihi: Alterum μαιμώωντις ἐπ' Αρεα novum quoque: Cur non reponimus, καὶ πάντες Αρηος μαιμώωντες? Fateor, sic Versus paulo durior est: Sed tales etiam alibi. *Pauw.*

134. Εργ' ἐνέπων] Εξενέπων. *Rhod.*

135. ὁ δὲ πατρὸς ἑοῦ, καὶ μητρὸς Ηοῦς Αὖ ἀνὰ τὸν βίον αἰὲν] ὁ δὲ πατρὸς ἑοῦ καὶ μητέρος Ηὼς Αβάνατον. *Rhod.* Αὐδᾷ τὸν βίον reponit Brodæus: nec fine recti imagine. Ego: Αὐαλέον pro Αὖ ἀνὰ τὸν. αὐαλέος βίος fuerit in senio contabescentis, deficcati, squallore obsiti. Tithonus Memnonis parens a diis adsecutus immortalitatem, senii tamen incommoda multa patiebatur, quia ejus mali deprecandi cura illi non fuerat. Narrat Didymus luculente, quæ juvent, & Calabrum elucident in Iliad. A. illud explanans: Ηὼς δ' ἐκ λεχέων

Is acceſſit copias ducens maximas; & undique Troës
Læti per urbem illum ſpectabant: Ut cum nautæ
Poſt ſævam tempeſtatem in æthere vident
Jam fatiſcentes, circumvolubilis Helices ſidus.
Sic populus (Memnonem) circumſtans lætabatur. Inprimis autem
Laomedontiades. Magnam enim animo ſpem gerebat,
Igni claſſem (Græcorum) ſe deleturum Æthiopicorum militum auxilio;
Nam imperatorem egregium habebant: Ipſorum etiam
Ingens erat numerus; & omnes vim Martiam ſpirabant.
Ideoque impenſe fortem Auroræ natum præclaris
Muneribus & laute inſtructo convivio honeſtabat.
Inter ipſas vero convivii dapes, colloquia inter ſe miſcebant;
Alter enim Danaum proceres, & quantas ærumnas perpeſſus eſſet;
Recenſebat; Alter patris ſui & Auroræ matris
Vitam perpetuo immortalem, & immenſæ fluxus
Tethyos, & ſacrum profundi Oceani æſtum:
Nec non invictæ terræ fines, ortumque
Solis, & totum ab oceano iter,
Usque ad urbem Priami & Idæ radices (commemorabat:)
Adhæc, ut validis contudiſſet manibus
Sa-

χίνι παρ' ἀγαθοῦ &c. *Μυθεύεται ὅτι Τιθωνὸν τὸν Λαομέδοντος, ἐμπρεπίσαντα τῶν κατ' αὐτὸν ἐν Ἰλίῳ γενόμενον ἐραστῆσαι ἀϊδίου ἁρπαγὴν ἡ Ἠμέρα, καὶ τῆς τούτου μετέλαβε κοίτης, αἰτησαμένῳ δὲ αὐτῷ παρέσχεν ἀθανασίαν. ὁ δὲ γέρων* &c. Neque in oratione hac eſt, cur laboret Brodæus: *ἀάριζον ὁ μὲν ἐνέπων, ὁ δὲ* repetito *ἐνέπων*: non *ἀνδρ̃*. *Dausq.* Rectiſſime Rhodomannus *μητέρος* pro *μητρὸς*, & *Αὐάνατον* pro *Αὖ ἀνὰ τὸν* ſubſtituit: Quid Brodæi *βίον ἀϊδ*ῆ ſimpliciter & *ἁπλῶς*? Quid Dausqueji *βίον αὐαλέον* de Tithono & Aurora junctim? Nugæ, ita vivam, & nugæ meræ. Viſne aliud? *Ἀθάνατον βίον*, ut bonum, minus etiam accommode jungitur cum utriusque parentis memoria: Nam Auroræ immortalitas ſane non erat enarranda, quia omnibus erat nota, & una cum ipſo nomine ſeſe aperiebat ſtatim: Hoc certum eſt, & probat, quod dico. An ſic ipſe Quintus? Poteſt;

Αργαλέων Σολύμων ἱερὸν στρατὸν, ὅι μιν ἰόνλα
Εἶργον· ὃ καὶ σφίσι πῆμα, καὶ ἄσχετον ὤπασε πότμον·
Καὶ τὰ μὲν, ὡς ἀγόρευε· καὶ ὡς ἴδεν ἔθνεα φωτῶν
Μυρία· τοῦδ' ἀΐοντος ὑπὸ φρεσὶ τέρπετο θυμὸς·
Καὶ ἑ καθαπτόμενος, γεραρῷ προσεφώνεε μῦθον·
Ω Μέμνων, τὸ μὲν ἄρ με θεοὶ ποίησαν ἰδέσθαι
Σὸν στρατὸν, ἠδὲ καὶ αὐτὸν ἐν ἡμετέροισι μελάθροις·
Ως κέν μοι ἔτι κρίνειαν, ἵν' Αργείους ἐσίδωμαι
Ολλυμένους ἅπαντας ὑπ' ἐγχείῃσι τεῦσιν·
Καὶ γὰρ δὴ μαχάρεσσιν ἀπειρέσια πάντα ἔοικας
Εκπάγλως, ὡς οὔτις ἐπιχθονίων ἡρώων·
Τῷ σ' οἷῳ κείνοισι φόνον στονόεντα βαλέσθαι·
Νῦν δ' ἄγε τέρπεο θυμὸν εἰλαπίνῃσιν *
Σήμερον· αὐτὰρ ἔπειτα μαχήσεαι, ὡς ἐπέοικεν.
Ως εἰπὼν, παλάμῃσι δέπας πολυχανδὲς ἀείρας,
Μέμνονα προφρονέως στιβαρῷ δείδεκτο κυπέλλῳ
Χρυσείῳ, τό ῥα δῶκε περίφρων ἀμφιγυήεις
Ηφαιστος κλυτὸν ἔργον, ὅτ' ἤγετο Κυπρογένειαν,
Ζηνὶ μεγασθενέϊ· ὅ δ' ἄρ' ὤπασεν υἱέϊ δῶρον
Δαρδάνῳ ἀντιθέῳ· ὅ δ' Εριχθονίῳ πόρε παιδί·

Τρωΐ

test: Alias scribendum, ὁ δὲ πατρὸς ἑοῦ πάρ vel παρὰ μητέρος Ηοῦς Αθάνατον βίον ἀείρ. Sic nihil accommodatius: πάρ vel παρὰ μητέρος Ηοῦς, quia immortalitatem, ut donum, ab Aurora acceperat Tithonus, ut ex Didymo vidimus, & aliunde etiam constat. Attende & judica. *Pauw.*

121. Αργαλέων Σολύμων ἱερὸν στρατὸν] *Copias ingentes:* Ita ἱερὸν hic, ita alibi accipiendum. Bonus Dausquejus: *Nescio, an ad vocem* ἱερὸν *oculos convertentes* Judæorum *exercitum exponere audeamus, quos ipse quoque Homerus* Solymos *nominat.* Rideo & ineptiis immorari nolo. *Pauw.*

125. γεραρῷ προσεφώνεε μῦθον] μύθῳ. *Rhod.*

128. Ως κέν μοι ἔτι κρίνειαν] Ως μοι ἔτι κρήνειαν. *Rhod.* Ita recte Rhodomannus: Præstaret tamen, quia μὲν præcedit, Ως δ' ἔτι μοι κρήνειαν. An forte Libri meliores variarunt olim in his voculis, & ex ista διττογραφίᾳ ortum est κέν? *Pauw.*

129. Ολλυμένους ἅπαντας] Ολλυμένους ἅμα πάντας, *Rhod.*

130.

Sacras pugnacium Solymorum copias, qui in profectione ipsi
Obstiterant; quod & cladem & ineluctabile fatum illis attulisset.
Hæc ita edisserebat, adjiciens quod nationes hominum perlustrasset
Innumeras. Audiens igitur Priamus summa animum voluptate perfundebatur:
Et manu demulcens ipsum oratione honorifica compellabat:
Memno, nunc quidem Dii concesserunt videre
Exercitum tuum & teipsum in nostris ædibus.
Utinam vero mihi etiam deinceps hoc effectum reddant, ut statim Achivos
Universos hastarum tuarum vi exscindi videam.
Etenim per omnia quæ excellentia sunt, Divum imaginem refers
Ad stuporem, ut nemo, quotquot tellus nutrit, heroum.
Idcirco auguror te luctificam illis necem allaturum.
Quare age nunc Martium animum his epulis refice
Hodie; Deinde vero præliaberis, ut te dignum est.
Ita locutus, capax manibus poculum attollens,
Liberaliter Memnonem accepit grandi nimirum Cyatho
Aureo; quod præclarum opus solers & utroque pede claudus
Vulcanus, cum Venerem duceret (in matrimonium) donaverat
Jovi magnipotenti: Is dono hoc rursus affecit filium
Dardanum, virum eximium; Qui nato suo Erichthonio id tribuit;

Eri-

130. ἀπειρίσια πάντα] ἀτειρέσι πάντα. *Rhod.* Brodæus vice hujus ἀτειρέσι. *Dausq.* Rhodomannus antea in Notis conjecerat ἀπείριτα: quod ad sensum æque bonum est, ac ἀπειρίσια: Nam sequens Ἐκπάγλως utrumque ablegat procul: Nihil apertius. *Pauw.*

133. θυμὸν εἰλαπίνῃσιν *] Post θυμὸν suffice ἀρήϊον. *Rhod.* Reponit Brodæus θυμὸν ἐπ' εἰλαπίνῃ, καὶ ἰδωδῇ, vel εἰλαπίνῃσιν ἴσῃς. Etiam legi queat,

Τρωϊ δ' Εριχθόνιος μεγαλήτορι· αὐτὰρ ὁ Ιλλῳ
Κάλλιπε σὺν κτεάτεσσιν· ὅ δ' ὤπασε Λαομέδοντι·
Αὐτάρ ὁ Λαομέδων Πριάμῳ πόρεν, ὅς μιν ἔμελλεν
Υἱέϊ δωσέμεναι· τὸ δέ οἱ θεὸς οὐκ ἐτέλεσσεν.
Κεῖνο δέπας περικαλλὲς ἐθάμβεεν ἐν φρεσὶ Μέμνων
Αμφαφόων, καὶ τοῖον ὑποβλήδην φάτο μῦθον·
Οὐ μὲν χρὴ παρὰ δαιτὶ πελώριον εὐχετάασθαι,
Οὐδ' ἄρ' ὑποσχεσίην κατανευσέμεν, ἀλλὰ ἔκηλον
Δαίνυσθ' ἐνὶ μεγάροισι, καὶ ἄρτια μηχανάασθαι·
Εἴτε γὰρ ἐσθλός τ' εἰμὶ, καὶ ἄλκιμος, εἴτε καὶ οὐχί,
Γνώσῃ ἐνὶ πολέμῳ, ὁπότ' ἀνέρος εἴδεται ἀλκὴ·
Νῦν δ' ἄγε δὴ κοίτοις μεδώμεθα· μήδ' ἀνὰ νύκτα
Πίνωμεν· χαλεπὸς γὰρ ἐπειγομένῳ μάχεσθαι
Οἶνος ἀπειρέσιος, καὶ ἀϋπνοσύνη ἀλεγεινή.
Ως φάτο· τὸν δ' ὁ γεραιὸς ἀγασσάμενος προσέειπεν·
Αὐτὸς ὅπως θέλεις μεταδαίνυ· πείθεο δ' αὐτῷ·
Οὐ γὰρ ἐγώ σε ἄκοιλα βιήσομαι· οὐ γὰρ ἔοικεν
Οὔτ' ἀπίοντ' ἀπὸ δαιτὸς ἐρυκέμεν, οὔτε μένοντα
Σεύειν ἐκ μεγάροιο· θέμις νύ τοι ἀνδράσιν αὕτως.
Ως φάτο· ὅ δ' ἐκ δόρποιο μεθίστατο· βῆ δὲ πρὸς εὐνὴν
Υστατίην· ἅμα δ' ἄλλοι ἔβαν κοίτοιο μέδεσθαι
Δαιτυμόνες· τοῖς δέ σφιν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος.
Αὐτὰρ ἐνὶ μεγάροισι Διὸς στερόπη γεγέταο,
Αθάνατοι δαίνυντο· πατὴρ δ' ἐν τοῖσι Κρονίων
Εὖ εἰδὼς, ἀγόρευε δυσηχέος ἔργα μόθοιο·

Ιστε

θυμὸν ἐπ' εἰλαπίνῃσιν ἰαίνων. *Dausq.* Legi etiam posset, τέρπεο θυμὸν ἐδωδῇ κ' εἰλαπίνῃσιν: Sed hæc plane incerta sunt. Brodæi εἰλαπίνῃσιν ἴσῃ; nemo Eruditiorum facile probabit: δαιτὶ ἴσῃ aliud elt. Si simile quid voluisset Quintus, scripsisset εἰλαπίνῃσι θαλείαις: Monco in gratiam rudiorum. *Pauw.*

141. Ιλλῳ] Imo Ιλῳ: Nam sic habuimus etiam Supra. Alias Libri, ut notum, variant. *Pauw.*

148. ὑποσχεσίην κατανευσέμεν] Locutionem nota: An tamen le-

Erichthonius porrò Troi magnanimo. Cæterum hic Ilo
Alias inter opes reliquit. Is Laomedonti dedit.
Hinc Laomedon id Priamo conceſſit; qui cogitarat
Illud tradere filio. Sed Deus hoc ipſi ratum non fecit.
Hoc inſigne poculum apud animum demiratur Memnon
Contrectans, & tali viciſſim ſermone interpellat:
Non decet in convivio magnifice gloriari,
Et pollicitando ſe obſtringere: ſed quiete
Cibum capere in ædibus, & quæ res poſtulat machinari.
Utrum enim frugi ſim, & fortis, nec ne,
Cognoſces in prælio, ubi viri ſpectatur virtus.
Nunc vero de ſomno cogitemus; nec in noctem pro-
trahamus
Compotationem. Moleſtum enim eſt ad pugnam ſe
accingenti
Vinum immodice ſumptum, & noxia vigilia.
Dixit; At hunc ſenior demirans ita affatur:
Ipſe pro libitu nobiſcum epulare, & animo morem gere.
Non enim ego te invitum detinebo. Siquidem minime
decet
Vel diſcedentem e convivio remorari, vel manentem
E domo pellere. Hæc vitæ regula viris ſancita eſt.
Sic ait. Ille igitur e cœna ſurgit, ſeque cubitum recipit
Poſtremum; unaque alii abeunt; ut quieti ſe tradant
Convivæ; quos dulcis invadit ſomnus.
Interea in Jovis aula fulgurantis
Dii convivantur: & inter hos Saturnius pater,
Probe gnarus horriſoni operum belli, ſic verba facere
cœpit:

Ex-

legendum potius, ὑποσχεσίῃ καταινυσίμεν? *pollicitando annuere. Pauw.*

149. ἐνὶ μεγάροισι] ἐν μεγάροισι. *Rhod.*

153. ἐπειγομένῳ μάχεσθαι] μαχέσθαι. *Rhod.*

156. Αὐτὰρ ὅπως θάλεις μεταδαίνυσο] ἐθέλεις μεταδαίνυσο vel μεταδαίνυσε. *Rhod.*

157. ἐγώ σε ἄκοντα] ἐγώ σ' ἀέκοντα. *Rhod.*

160. Ὡς φάτο· ὁ δ' ἐκ] Ὡς φάτ' ὁ δ' ἐκ. *Pauw.*

162. τοῖς δ' ὅτε σφιν ἐπήλυθε] Pro τοῖς lego τότε vel τάχα. *Rhod.*

Recte

Ιστε θεοὶ περὶ πάντες ἐπεσσύμενον βαρὺ πῆμα
Αὔριον ἐν πολέμῳ· μάλα γὰρ πολέμῳ μένος ἵππων
Ὀφσθ', ἀμφ' ὀχέεσφι δαϊζομένων ἑκάτερθεν,
Ανδρας τ' ὀλλυμένους· τῶν καὶ πέρι, κηδόμενός τις
Μιμνέτω ὑμείων, μήδ' ἀμφ' ἐμὰ γούναθ' ἱκάνων,
Λισσέσθω· Κῆρες γὰρ ἀμείλιχοι εἰσὶ καὶ ἡμῖν.
Ως ἔφατ' ἐν μέσσοισιν, ἐπισταμένοισι καὶ αὐτοῖς,
Οφρα κεν ἀσχαλόων τις, ἀπὸ πτολέμοιο τράπηται,
Μηδένα ἐλισσόμενος περὶ υἱέος, ἠδὲ φίλοιο,
Μαψιδίως ἀφίκηται ἀτειρέος ἔνδον Ολύμπου.
Καὶ τὰ μὲν ὡς ἐσάκουσαν ἐριγδούπου Κρονίδαο,
Τλῆσαν ἐνὶ στέρνοισι, καὶ οὐ βασιλῆος ἔναντα
Μῦθον ἔφαν· μάλα γάρ μιν ἀπειρέσιον τρομέεσκον.
Αχνύμενοι δ' ἵκανον ὅπῃ δόμος ἦεν ἑκάστου,
Ες λέχος· ἀμφὶ δὲ τοῖσι, καὶ ἀθανάτοις περ ἐοῦσιν,
Υπνου βληχρὸν ὄνειαρ ἐπὶ βλεφάροισι τανύσθη.
Ημος δ' ἠλιβάτων ὀρέων ὑπερέσσυται ἄκρης
Λαμπρὸς ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν ἑωσφόρος, ὅς τ' ἐπὶ ἔργα
Ηδὺ μάλα κνώσσοντας ἀμαλλοδετῆρας ἐγείρει·
Τῆμος ἀρήϊον υἷα Φαεσφόρου Ηριγενείης

Υστε-

Recte τάχα δί σφιν: Nam τοῖς σφιν etiam displicet mihi. Alterum τότε misere flaccescit. *Pauw.*

167. μάλα γὰρ πολίμῳ μίνος ἵππων] πολίων μίνος. *Rhod.* πολίων non improbo: Sed quia sono perquam affine est præcedenti πολίμῳ, malim πολλῶν. *Pauw.*

174. Μηδὲν ἐλισσόμενος] Μηδέ τι λισσόμενος. *Rhod.* Castigo: Μηδὲν ἐ λισσόμενος: ne quis eum deprecaturus filii aut amici nomine. Nota ἐπεσσῶτα Futuri vices explere. *Dausq.* Aut Μηδέ τι λισσόμενος, aut Μηδέ ἐ λισσόμενος legendum: Nam talis hiatus non peccat. Μηδέν ἐ ineptit, quia particula connectens requiritur. *Pauw.*

Ibid. ἠδὲ φίλοιο] ἠὲ. *Rhod.*

175. ἀτειρέος ἔνδον Ολύμποιο] Præcessit, Αὐτὰρ ἐπὶ μεγάροισι Διὸς &c. Olympus igitur hic specialim domus illa Jovis, & spatium illud Cæli, in quo commorabatur Deorum hominumque Pater: Moneo, ne male intelligas locum minus perspicuum.

Exploratum habetis, Dii universi, quam gravis in bello crastino
Clades impendeat: Quia plurimorum vim equorum
Cernetis ad currus mactari utrinque,
Et viros occumbere: de quibus si quis anxius fuerit
Vestrum, se contineat, nec ad genua mea accidens
Supplicet: sunt enim fata implacabilia etiam nobis.
Sic memorabat in medio ipsorum: Quanquam & ipsi non ignorarent;
Ut quis indigne ferens, a pugna sese averteret;
Neque pro filio aut amico deprecaturus ipsum, idque
Frustra, in cœlum, nulli corruptioni obnoxium, se conferret.
Hæc autem ubi audiverunt ex altitonante Saturni filio,
Animo æquo tulerunt, nec contra regem
Vel verbum locuti sunt. Majorem enim in modum ipsum tremebant.
Tristes igitur, ubi sua cuique domus erat, se receperunt
In lectum. Ubi illorum, quamvis immortales essent,
Momentanea somni commoditas palpebris se circumfudit.
Sed quo tempore arduorum cacumen montium super emicat
Nitidus amplo in cœlo Lucifer, qui ad opus
Messores, suavissime dormientes, suscitat;
Eo bellicosum Auroræ Luciferæ natum

Ul-

cuum. *Pauw.*

178. *μάλα γάρ μιν ἀπειρίσιον τρομέουσιν*] Incongruum hoc, ubi ipse Jupiter dixerat, *Κῆρες γὰρ ἀμείλιχοι εἰσὶ καὶ ἡμῖν*, & sic in istis se æque imbecillum, ac alii, professus fuerat palam. *Pauw.*

181. *Υπὲρ βληχρὸν ὄπιθεν*] Melius forte *ἀβληχρὸν. Rhod.* Ob Versus modulum credo: Nam cæteroquin *ἀβληχρὸν* & *βληχρὸν* promiscue sumtum, si non ab omnibus, saltem a plerisque: Eruditi sciunt. *Pauw.*

182. *ἠλιβάτων ὀρέων ὑπερέσυται ἄκρης*] Nimis angustum est & exile illud *ἄκρης* de montibus, quotquot sunt: Nonne scribendum *ὑπερέσυται ἄκρας, cacumina?* Ita videtur sane. *Pauw.*

184. *ἀμαλλοδετῆρας*] Hoc nimis præcisum & singulare. *Pauw.*

186.

Ὑστερος ὕπνος ἀνῆκεν· ὃ δ' ἐν Φρεσὶ κάρτος ἀέξων,
Ἠὼ δυσμενέεσσι λιλαίετο δῃριάασθαι·
Ἠὼς δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἀνήιεν οὐκ ἐθέλουσα.
Καὶ τότε Τρῶες ἔσαντο περὶ χροΐ δῖα τεύχη,
Τοῖσι δ' ἀμ' Αἰθίοπές τε καὶ ὁππόσα φῦλα πέλονται
Ἀμφὶ βίην Πριάμοιο, συναγρομένων ἐπικούρων
Παντοδίην· μάλα δ' ὦκα πρὸ τείχεος ἐσσεύοντο,
Κυανέοις νεφέεσσιν ἐοικότες, οἷα Κρονίων
Χείματος ὀρνυμένοιο κατ' ἠέρα πουλὺν ἀγείρει·
Αἶψα δ' ἄρ' ἐπλήσθη πεδίον ἅπαν· τοὶ δ' ἐπέχυντο
Ἀκρίσι προβόλοισιν ἐναλίγκιοι, αἵτε φέρονται
Ὡς νέφος, ἢ πολὺς ὄμβρος ὑπὲρ χθονὸς εὐρυπέδοιο,
Ἁπλῆκτοι, μερόπεσσιν ἀεικέα λοιμὸν ἄγουσαι·

Ὡς

186. Ὑστερος ὕπνος] Ὑσατος. *Rhod.* Rhodomannus Ὑσατος. Insolentia vocis alterius ego minime offendor: nec enim illa insolens. D. Chrysostth. Homil. 32. usurpavit in causa Cananææ: Ὑστέρα ἐλθοῦσα προτέρα θεραπευθεῖσα ἀπῆλθε. Eamque præoccupaverat primore Libro Calaber: — εἴθαρ ἐλεύσεται ὕστερον ἦμαρ. *suprema dies. Dausq.*

188. Ἠὼς δ' οὐρανὸν εὐρὺν] De Lucifero λαμπρὸς ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν præcessit. *Pauw.*

194 κατ' ἠέρα πουλὺν] *In aëre amplo & spacioso:* Interpretis *denso* non convenit. *Pauw.*

195. τοὶ δ' ἐπέχυντο] οἱ δὲ κέχυντο. *Rhod.* Recte κέχυντο: nam de campo & planitie sermo est: Si de urbe aut navibus ageretur, ἐπέχυντο præferrem. *Pauw.*

196. Ἀκρίσι προβόλοισιν ἐναλίγκιοι] Ἀκρίσι καρποβόροις. *Rhod.* Scribe Ἀκρίσι προβόλοισιν ἁλίγκιοι, vel προβόλοις ἐναλίγκιοι. Calaber autem προβόλοισιν intelligit aculeos, quibus herbida quæque & tenerrima stirpium ambedunt. Inde est illud Pisidæ: Πυκιὴν φάλαγγα, κυριόσομον ξίφος. Et ab eodem ingenio pari elegantia:

Καὶ τραυματοῖ τὸ σῶμα τῶν ἐναντίων
Τοῖς ἀντιλόξοις τῶν σκιλῶν ἀκοντίοις.

Pisidæ ἀκόντια sunt Calabri προβόλοι. Unde imminuta forma apud Hesychium: Προβόλιον, σιβύνη ἔχκοπα μετὰ τὴν ἀκμὴν προβολάς. Vel προβόλοις, id est, προμάχοις, membris in pugnam projectis, prominentibus seu erectis. Idem Hesychius: Πρόβολος, πρόμυλος, πρόμαχος. Adeo nihil necesse hac extrita voce reponi a Rhodomanno καρποβόροις. Porro loculiarum nubibus, & terram, & solem obumbrari, ac earum appul-

sum

Ultimus ſopor dimiſit: Hic igitur animi robur confirmans,
Jam tum cum hoſtibus pugna diſceptare cupiebat.
Sed Aurora haud volens ſpacioſum cœlum conſcendit.
Et tunc armis bellicis Troës corpora muniebant,
Unaque cum illis Æthiopes: & quæcunque ſociorum agmina
Circa Priamum potentem tum congregata erant,
Totis caſtris, propereque e mœnibus ſeſe proripiebant,
Atris nubibus haud abſimiles, quales Jupiter,
Tempeſtate imminente, in denſo aëre cogit.
Statim ergo latum campi æquor repletur. Nam effundebant ſe,
Locuſtarum frugivorarum ritu: quæ feruntur
Ut nubes, aut immodicus imber, ſuper latipatentem terram
Innumeris agminibus; tetram hominibus famem allaturæ.

Tantum famem comitari variæ omnium pene gentium loquuntur hiſtoriæ. Plinius Lib. 11. cap. 29. *Solemque obumbrant, ſolicite ſuſpectantibus populis, ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quoque vires, & tanquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, diraque meſſoribus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morſu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maxime coortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere inopiæ metu.* *Dausq.* Tortuoſa ſunt, quæ Dausquejus in medium adfert, ut omnia fere, quæ ex tortuoſo illo cerebello enata ſunt: Neque iſtis refutandis, tempus & chartam perdam. Apte Rhodomannus καρποβόροις, ſed paullo remotius a ſcriptura recepta. An legendum fortaſſe, Ἀκρίσι πυροβόροις ἐναλίγκιοι? herbas ſegetiferas, & frumenta, quæ in herbis ſunt, devorantibus. Epithetum eſt Calabro non indignum. *Pauw.*

198. Ἄπλητοι, μιρόπιστοι ἀσιτίᾳ λοιμὸν ἄγουσαι] Ἄπλητοι. *Rhod.* Brodæus Ἐμπλήκτοις μιρόπιστοι, quia tanta locuſtarum nubes miraculo eſt. Tentabam etiam reponere, Ἄπληστοι, quod emaciata iſta corpuſcula, exſucca, & exſanguia, cum maligne ducant alimentum, nulla capiuntur ſatietate. Nec diſſimili conjectura uſus Rhodomannus ſuppoſito Ἄπλητοι. Tandem ſedit nihil mutare, ut Ἀκρίδες ἄπλητοι *Locuſtæ* ſint *impertuſæ* ob ea, quæ Plinius ſuperioribus adſcribit: *In Cyrenaica*

Ὡς οἳ ἔσαν πολλοίτε, καὶ ὄμβριμοι, ἀμφὶ δ' ἀγυιὰς
Στείνετ' ἐπεσσυμένων· ὑπὸ δ' ἔγρετο ποσσὶ κονίη·
Ἀργεῖοι δ' ἀπάνευθεν ἐθάμβεον, εὖτ' ἐσίδοντο
Ἐσσυμένους· εἶθαρ δὲ περὶ χροΐ χαλκὸν ἔσαντο,
Κάρτεϊ Πηλείδαο πεποιθότες· ὅς δ' ἐνὶ μέσσοις
Ἤϊε, Τιτάνεσσι πολυσθενέεσσιν ἐοικώς,
Κυδιόων ἵπποισι, καὶ ὄχεσφι· τοῦ δ' ἄρα τεύχη
Πάντη μαρμαιρέσκον, ἀλίγκιον ἀστεροπῇσιν·
Οἷος δ' ἐκ περάτων γαιήοχου ὠκεανοῖο
Ἔρχεται ἠέλιος Φαεσίμβροτος, οὐρανὸν εἴσω,
Παμφαίνων, τραφερὴ δὲ γελᾷ περὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ,
Τοῖος ἐν Ἀργείοισι τότ' ἔσσυτο Πηλέος υἱὸς·
Ὡς δὲ καὶ ἐν Τρῴεσσιν ἀρήϊος ἤϊε Μέμνων,
Ἀρεϊ μαιμώοντι πανείκελος, ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Προφρονέως ἐφέποντο, παρεσσύμενοι βασιλῆϊ.
Αἶψα δ' ἀμφοτέρων δολιχαὶ πονέοντο φάλαγγες
Τρώων, καὶ Δαναῶν, μετὰ δ' ἔπρεπον Αἰθιοπῆες.
Σὺν δ' ἔπεσον καναχηδὸν ὁμῶς, ἅτε κύματα πόντου,
Πάντοθεν ἀγρομένων ἀνέμων, ὑπὸ χείματος ὥρῃ·

Αλ-

naica regione lex eſt ter anno debellandi eas, primo ova obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas, deſertoris pœna in eum, qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratum referant. Nec ita multo poſt: *Necare & in Syria militari imperio coguntur.* Nec ferro tantum, ſed fumo, velut in apum examina graſſantur Acridophagi apud Solinum Cap. 31. Agatarchidem & Strabonem Lib. 16. quo ictæ & occæcatæ labuntur. Eæ vero ſi neque ferro, neque igni, ſeu fumo ictæ fuerint, quandoque agminatim mortuæ computreſcunt, & putrem exhalantes auram cælum inficiunt, peſtemque mortalibus proſeminant. Attente igitur, & conſulte demum illud attexuit Calaber: Ἀπληκτοι μιρόπισσιν ἀεικέα λοιμὸν ἄγουσαι. Teſtis locuples D. Auguſtinus Lib. 3. de Civit. Dei Cap. 31. *Locuſtarum etiam in Africa multitudinem prodigii ſimilem fuiſſe, cum jam &c.* Seu igitur legas λοιμόν peſtem, ſeu λιμόν famem, verax eſt Poëta. *Dausq.* Cum Rhodomanno lego Ἀπλητοι, id eſt, ut ipſe ex-

Tantus illorum numerus erat atque impetus; adeo quidem, ut viæ paſſim
Proceſſu illorum ingemiſcerent: Pulvisque a pedibus excitabatur.
Argivi autem procul ſtupeſcunt, dum vident tanto impetu
Illos rapi: ſtatimque corpus ære obarmant,
Fortitudine Pelidæ confiſi: Qui per medios
Ibat, prævalidos Titanes æquiparans,
Equis & curru inſignis; ejusque arma
Longe lateque ad inſtar fulgurum rutilabant.
Qualis ex Oceani terram ambientis finibus
Evehitur ſol mortalium illuſtrator in cœlum,
Ita ut conſpiciatur ubique, almaque circum tellus ridet, & æther:
Talis inter Argivos tunc ferebatur natus Pelei.
Pari modo inter Trojanos etiam Martius incedit Memnon,
Omnia ruenti in prælium Marti ſimilis: & militum agmina
Regem circumfuſa magno ſtudio regem ſequuntur.
Mox igitur extentæ, Phalanges utrinque certamen ineunt,
Troum (videlicet) & Danaum, interque alios eminent Æthiopes,
Et cum ſtrepitu, inter ſe concurrunt, veluti ponti fluctus,
Cum undique venti, tempore hyemis, coëunt,

Al-

explicat, *innumeris agminibus*: Tum λοιμὸν muto in λιμὸν, quod in Verſione Latina etiam extat. Qui Dausquejum & Dausquejana prodigia ſequi vult, per me licet, poteſt. *Pauw.*

204. Τιτάνεσσι πολυσθενέεσσιν ἐοικὼς] Τιτήνεσσι *Rhod.* Hic Gigantibus, non Gigantum uni, comparandus erat Heros, ut digne cum Memnone congrederetur: Nugæ, nugæ. *Pauw.*

205. Κυδιόων ἵπποισι, καὶ ὄχεσφι] ἵπποις καὶ ὄχεσφιν *Rhod.* Non diſplicet, quanquam ſic Verſus eſt minus jucundus. Potes etiam, Κυδιόων ἵπποισι κ' ὄχεσφιν. *Pauw.*

207. Οἷος δ' ἐκ πεφάτων &c.] Sed Titanibus jam aſſimilaverat filium Thetidis. *Pauw.*

210. ἀρήϊος ἥτις Μίμνων Ἀρηϊ] ἀρήϊος Ἀρηϊ: rancida geminatio. *Pauw.*

214. Αἴψα δ' ἀμφοτέρων Αἴψα δ' ἄρ' ἀμφοτέρων *Rhod.*

217. Πάντοθεν ἀγρομένων ἀχέμων] Venti non congregantur,

Αλλήλους δ' ἐδάϊζον, ἐϋξέστης μελίησιν
Βάλλοντες, μετὰ δέ σφι γόος, καναχή τε δεδήει·
Ως δ' ὅτ' ἐρίγδουποι πόλαμοὶ μεγάλα στενάχωσιν,
Εἰς ἅλα χεύμενοι, ὅτε λαβρότατος πέλει ὄμβρος
Ἐκ Διὸς, ἔν τ' ἀλίαστον ἐπὶ νέφεα τυπέωσι
Γηθόμεν' ἀλλήλοισι, πάρος δ' ἐξέσσυτ' ἀϋτμὴ,
Ως τῶν μαρναμένων, μέγ' ὑπαὶ ποσὶ γαῖα πελώρη
Ἐβραχε, θεσπεσίου δὲ δι' ἠέρος ἔσσυτ' ἀϋτμὴ
Σμερδαλέη· δεινὸν γὰρ ἀΰτεον ἀμφοτέρωθεν.
Ἐνθ' ἔλε Πηλείδης Θάλιον, καὶ ἀμύμονα Μέντην,
Ἀμφω ἀριγνώτω· βάλε δ' ἄλλων πολλὰ κάρηνα·
Εὖτε γαίης μελάθροισιν ὑποχθονίοις ἐπορούσῃ
Λάβρος, ἄφαρ δέ τε πάντα καὶ ἀ χθονὸς ἀμφιχέηλαι
Ἐκ θεμέθλων· μάλα γὰρ περιτρομέει βαρὺ γαῖα·
Ως οἵγ' ἐν κονίῃσι κατήριπον ὠκέϊ πότμῳ,
Αἰχμῇ Πηλείωνος· ὁ γὰρ μέγα μαίνετο θυμῷ.
Ως δ' αὖτως ἑτέρωθεν ἐΰς παῖς Ηριγενείης

Ar-

sed excitantur & concitantur: Scribe *Πάντοθεν ἐγρομένων ἀνέμων. Pauw.*

222. *ἐπὶ νέφεα τυπέωσι*] *κτυπέωσι. Rhod.*

223. *Γηθόμεν' ἀλλήλοισι, πάρος δ' ἐξέσσυτ' ἀϋτμὴ*] *Θηγόμεν'. Rhod.* Mutuo concursu læti. Qui reposuit *Θιγόμενοι* nimium securus fuit quantitatis: Qui *Θηγόμεν'*, dicat, ecqui fluvii ab invicem acuantur, quisve ita locutus? Gellius Libr. 12. Cap. 1. dixit *lætam arborem*, idque rebus ab anima liberis passim tribuitur. *Dausq.* Putidissimo errore Dausquejus fluviis tribuit, quod de nubibus dixit Quintus. De tonitru hic agitur, & nubium collisione, dum tonat: Non ineptum igitur est Rhodomanni *Θηγόμεν'*, sed minus signatum. An scribendum *Πληττόμεν' ἀλλήλοισι*, vel *Θεινόμεν' ἀλλήλοισι*? Utrumque disertius sane: Fors tamen præstat tertium, quod nunc etiam mihi in mentem venit, *Ρηγνύμεν' ἀλλήλοισι*: Vide & judica. Illud *ἀϋτμὴ* hic *flammam* notat: Hesychius: *Αὐτμὴ, πνοὴ, φλόξ.* Fulgur intelligitur, quod *vapor igneus* Interpretis non satis aperte designat. Bonus Dausquejus hæc ad fluvios transferens, *ἀϋτμὴ* in *ἀϋτὴ* mutandum suspicabatur: Nihil ineptius & stolidius excogitari posset: Ejus nugas adeat, qui volet: Hic locum non merentur. *Pauw.*

224.

Alterque alterum confodit, politis fraxinis
Impetens, interque eos gemitus & ſtrepitus fervet.
Ut quando ſonori amnes valde ſtrepitant,
Dum in mare ſe exonerant; cum denſiſſimus a Jove nimbus
Præcipitat, & graviſſimum nubes fragorem excitant,
Inter ſe colliſæ; prius autem vapor igneus erupit:
Ita illorum ſub pedibus dimicantium ingens terra valde
Reſonat; & per aëra divinum clamor ruit
Terribilis, immanem enim utrinque vociferatum edebant.
Ibi Pelides necavit Thalium & Mentam egregium,
Ambos cum primis nobiles, & multa aliorum capita dejecit,
Non ſecus ac ſi ventus ædium baſeis ſubterraneas adoritur
Cum impetu; ut mox totæ ad terram profligentur
Ex fundamentis: gravi ſiquidem tremore terra quaſſatur:
Ita hoſtes repentino corruebant fato in pulverem
Haſta Achillis confoſſi. Hic enim magno furore percitus erat.
Nec ſegnius alibi præſtans Auroræ natus

Ar-

224. γαῖα πελώρη] Tumidum hic Epithetum: Dein ſonus ille terræ calcatæ ſatis tumide etiam cum tonitru confertur. *Pauw.*

225. ἔσσυτ' ἀϋτμὴ] ἀϋτὴ pro ἀϋτμή. *Rhod.* Pro ἀυτμὴ hic recte Rhodomannus ἀϋτὴ: Sed cur ἄϋτεον ſic ſubjunxit Quintus, & totum Hemiſtichium de clamore attexuit ſatis ocioſe? *Pauw.*

229. Ευτε γαίης μελάθροισιν ὑποχθονίοις &c.] Locus corruptus. Rhodomannus perperam & inepte, Ευτ' ἄτεμος βάθροισιν ὑποχθονίοις &c. Nam id ventus facere non poteſt, qui ea tantum adoritur, quæ in terræ ſuperficie extant: Nihil certius. Dicam, quod melius eſt longe: Scribendum ſuſpicor, Ευτ' ἀὴρ μελάθροισιν ὑποχθόνιος ἐπορούσῃ Λάβρος, ἄφαρ &c. Sic ſingula ſibi conſtant: Terræ motus ab aëre & ſpiritu ſubterraneo, ut multi putant: Hunc ἀέρα ὑποχθόνιον hic ipſo nomine habes, eique terræ concuſſionem ædiumque ruinam adſcribit ſua opinione Quintus. Cum ſcriptum eſſet primo Ευτε ἀὴρ pro Ευτ' ἀὴρ, ſciolus, qui ſyllabarum menſuram non tenebat, γ' tibicinem appinxit: Inde error paulo gravior. *Pauw.*

231. μάλα γὰρ περιτρομέει] μάλα γὰρ ῥὰ περιτρομέει. *Rhod.*

Αργείους ἐδάϊζε, κακὴ ἔναλίγκιος ἄϊσῃ,
Ητε Φέρει λαοῖσι κακὸν, καὶ ἀεικέα λοιγόν·
Πρῶτον δ' εἶλε Φέρωνα διὰ στέρνοιο τυχήσας
Δούρατι λευγαλέῳ· ἐπὶ δ' ἔκτανε δῖον Ερευθον,
Αμφω ἐελδομένω πόλεμον καὶ ἀεικέα χάρμην·
Οι Θρύον ἀμφενέμοντο παρ' Αλφειοῖο ῥεέθροις,
Καὶ ῥ' ὑπὸ Νέστορι βῆσαν ἐς Ιλίου ἱερὸν ἄστυ·
Τούς δ' ὁπότ' ἐξενάριξεν, ἐπῴχετο Νηλέος υἱὸν,
Κτεῖναί μιν μεμαώς· τοῦ δ' Αντίλοχος θεοειδὴς
Πρόσθεν ἐλθὼν, ἴθυνε μακρὰν δόρυ, καὶ οἱ ἁμαρτε,
Τυτθὸν ἀλευαμένοιο· φίλον δὲ οἱ εἶλεν ἑταῖρον,
Αἴθοπα Πυῤῥασίδην· ὁ δὲ χωσάμενος κταμένοιο,
Αντιλόχῳ ἐπιᾶλτο, λέων ὡς ὀμβριμόθυμος
Καπρίῳ, ὅ ῥὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίον οἰδὲ μάχεσθαι
Ανδράσι, καὶ θήρεσσι, πέλει δὲ οἱ ἄσπετος ὁρμὴ·
Ως ὁ θοῶς ἐπόρουσεν· ὅ δ' εὐρέϊ μὲν βάλε πέτρῳ·
* τοῦ δ' οὔτι λύθη κέαρ, οὔνεκ' ἄρ' αὐτοῦ
Αλγεινόεντ' ἐπάλαλκε Φόνον κρατερὴ τρυφάλεια·
Σμερδαλέον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ στήθεσσιν ὀρίνθη,
Βλημένου· ἀμφὶ δέ οἱ κόρυς ἴαχε· καί ῥ' ἔτι μάλλον
Μαίνετ' ἐπ' Αντιλόχῳ· κρατερὴ δέ οἱ ἔζεεν ἀλκή·

Τοῦ-

244. Πρόσθεν ἐλθὼν] Προσθ' ἐλθὼν *Rhod.*

Ibid. καὶ οἱ ἅμαρτε] Ita non loquuntur Græci: Scribe, καὶ οὐ ἅμαρτε. *Pauw.*

248. ὅ ῥὰ καὶ αὐτὸς] ὅς ῥα καὶ αὐτὸς. *Rhod.*

250. μὲν βάλε πέτρῳ] μὲν βάλε. *Rhod.*

251. * τοῦ δ' οὔτι λύθη &c.] Deest initio Κακκιφαλὴν. *Rhod.* Emendabam auxilio Brodæi:

Τοῦ δ' οὕτως λύθη κέαρ ἔνδοθεν, οὔνεκ' ἄρ' αὐτοῦ.

Non caput; quia galea texit, & ictum a consauciatione prohibuit: cor intereadum ictus violentia convulsum est. Aut retenta negatione:

Τοῦ δε μὲν οὔτι λύθη κέαρ ἔνδοθεν, —

Neque tanto jactu saxi cor solutum est, galea defendente vim a vitalibus. Rhodomannus feliciter locum hunc tetigit, rescripto

— μὲν βάλε πέτρῳ

Κακ-

Argivos trucidat, Parcæ funeſtæ non diſſimilis,
Quæ calamitoſum fœdumque exitium populis affert.
Primum autem interfecit Pheronem, transverberans pectus
Lethali haſta: cumque eo occidit eximium Ereuthum:
Ambos belli amantes & truculenti conflictus:
Qui Thryon incolebant, prope Alphei amnem,
Et ſub Neſtore venerant ad ſanctam Ilii urbem.
Quos cum ſpoliaſſet, aggreſſus eſt Neleo ſatum,
Perimere eum conans: ſed hunc Antilochus, Diis forma ſimilis,
Protegens, longam direxit haſtam, atque ab eo aberravit,
Paululum declinante, carumque ejus ſodalem ſtravit
Æthopa Pyrrhaſiden. Ille igitur ira commotus ob interfectum,
Exſiliit in Antilochum, ut Leo magnanimus
In aprum, qui tamen & ipſe cominus ſcit pugnare
Cum viris & beſtiis. Nam rapidus ei eſt impetus.
Ita ille ſubito ingruit: Hic vero vaſto illum molari ferit
In caput: nec tamen cor ejus inde ſolutum eſt, quod valida
Ab ipſo galea triſtem avertiſſet cædem.
Horrendis igitur modis animus ejus efferbuit ob hunc
Jactum; galeaque circumcirca crepuit: tum multo ſæviore
Furore in Antilochum irruit, ac fortis in eo ſpiritus æſtuabat.

Ideo

Κακκιφαλὴν, τοῦ δ' οὕτι — Nam Brodæi ἐνδοθεν quæſitius apparet. Poſſit etiam ſcribi:

—— ὃ δ' εὐρέϊ μὲν βάλε πέτρῳ
Μαρμαρέῳ· τοῦ δ' οὔτι —

Vel πέτρῳ ἰθυντενεῖ, recta tendenti, quod apprime cohæreat. Sic denique congruentius:

—— ὃ δ' εὐρέϊ μὲν βάλε πέτρῳ
Ἀλιμάτως· τοῦ δ' οὔτι λύθη κεάρ ——

Dausq. Rhodomannus perbene, πέτρῳ Κακκιφαλὴν, ut evidentiſſime conſtat ex ſequenti, οὔνεκ' ἄρ' αὐτοῦ ἐπάλαλκε φόνου κρατερὴ τρυφάλεια: Alia non ſunt unius aſſis. *Pauw.*

252. Ἀλγεινόεντ' ἐπάλαλκε] Ἀλγινόεντ' ἀπάλαλκε. *Rhod.*

Τοὔνεκα Νέστορος υἷα, καὶ αἰχμητὴν περ ἐόντα,
Τύψεν ὑπὲρ μαζοῖο· διήλασε δ' ὄμβριμον ἔγχος
Ες κραδίην, θνητοῖσιν ὅπῃ πέλει ὠκὺς ὄλεθρος.
Τοῦ δ' ὑποδηωθέντος, ἄχος Δαναοῖσιν ἐτύχθη
Πᾶσι, μάλιστα δὲ πατρὶ περὶ φρένας ἦλυθε πένθος
Νέστορι, παιδὸς ἑοῖο παρ' ὀφθαλμοῖσι δαμέντος.
Οὐ γὰρ δὴ μερόπεσσι κακώτερον ἄλγος ἔπεισιν,
Ἢ ὅτε παῖδες ὄλωνται ἑοῦ πατρὸς εἰσορόωντος.
Τοὔνεκα καὶ στερεῇσιν ἀρηράμενος φρεσὶ θυμὸν,
Ἀχνυτο, παιδὸς ἑοῖο κακῇ περὶ κῆρι δαμέντος·
Κέκλετο δ' ἐσσυμένως Θρασυμήδεα, νόσφιν ἐόντα·
Ὄρσο μοι ὦ Θρασύμηδες ἀγακλεὲς, ὄφρα φονῆα
Σεῖο κασιγνήτοιο, καὶ υἱέος ἡμετέροιο,
Νεκροῦ ἐκὰς σεύωμεν ἀείκέος, ἠὲ καὶ αὐτοὶ
Ἀμφ' αὐτῷ στονόεσσαν ἀναπλήσωμεν ὀϊζύν·
Εἰ δέ σοι ἐν στέρνοισι πέλει δέος, οὐ σύγ' ἐμεῖο
Υἱὸς ἔφυς, οὐδ' ἐσσὶ Περικλυμένοιο γενέθλης,
Ος τε καὶ Ηρακλῆϊ κατ' ἀντίον ἐλθέμεν ἔτλη·
Αλλ' ἄγε δὴ πονεώμεθ', ἐπεὶ μέγα κάρτος ἀνάγκη
Πολλάκι μαρναμένοισι καὶ οὐτιδανοῖσιν ὀπάζει.
Ως φάτο· τοῦ δ' ἀΐοντος ὑπὸ φρεσὶ σύγχυτο θυμὸς
Πένθεσι λευγαλέοισιν· ἄφαρ δέ οἱ ἦλυθεν ἄγχι
Φηρεὺς, ὃν ῥὰ καὶ αὐτὸν ἀποκταμένοιό ἄνακτος,
Εἶλεν ἄχος· κρατεροῖο δ' ἐναντία δηριάασθαι
Μέμνονος ὡρμήθησαν ἀν' αἱματόεντα κυδοιμόν·
Ως δ' ὅταν ἀγρευτῆρες ἀνὰ πτύχας ὑληέσσας
Οὔρεος εὐρυβάτοιο λιλαιόμενοι μέγα θῆρης,
Ἢ συὸς, ἢ ἄρκτοιο κατ' ἀντίον αἴσσουσι,

Κει-

265. κακῇ περὶ κῆρι δαμέντος] Vide, quot verba inſumat Quintus in hanc mortem: τοῦδ' ὑποδηωθέντος, & παιδὸς ἑοῖο παρ' ὀφθαλμοῖσι δαμέντος præmittit: hic παιδὸς ἑοῖο δαμέντος repetit, eique

Ideo Neſtoris filium, licet bellator eſſet ſtrenuus,
Percuſſit ſupra mammam, & impegit rigidam haſtam
In cor, ubi repentinus mortalibus interitus eſt.
Hoc ita cæſo, mœror obortus eſt Danais
Univerſis, maxime autem patri animum luctus invaſit
Neſtori, filio ante oculos trucidato.
Nunquam enim acerbior hominibus dolor accidit,
Quam ſi nati, genitoris ſub aſpectu necantur.
Quare etiamſi animum ſolida ratione confirmatum haberet,
Mœrebat tamen, quod filius a Parca tam funeſta peremtus eſſet.
Et continuo invocabat Thraſymedem, qui ſeorſum tum agebat:
Appropera ad me Thraſymedes inclyte, ut percuſſorem
Germani tui & filii mei
Procul à triſti cadavere abigamus, aut etiam ipſi
Propter illum acerbam oppetamus mortem.
Quod ſi pectori tuo metus ineſt, neutiquam ex me
Natus es, nec de Periclymeni illius proſapia ortus,
Qui etiam cum Hercule pugnam inire non expavit.
Quare age connitamur: Nam ingens robur neceſſitas
Etiam nauci hominibus in conflictu ſæpe addit.
Sic ait; aſt illi, quamprimum audivit, animus imo pectore conturbatus fuit
Dolore acerbiſſimo; ocyusque ad eum accurrit
Phereus, quem & ipſum interfecti principis cauſa
Dolor corripuit, & cruentum cum forti
Memnone certamen inire properarunt;
Ut quando venatores in anfractibus ſylvoſis
Montis prolixi, magna prædæ cupiditate accenſi,
Aut aprum aut Urſum contra tendunt,

Eum-

eique apponit κακῇ περὶ κῆρι, Syrmatis inſtar. *Pauw.*

269. ἀντεὶ ἀμφ' ἀυτῷ] Sophiſtica vocalium conjunctio. *Pauw.*

283. κατ' ἀντίον ἀἰσσουσι] κατ-

Κειρέμεναι μεμαῶτες, ὃ δ' ἀμφοτέροις ἐπορούσας
Θρᾴσαι μαιμώωντι, βίην ἐπαμύνεται ἀνδρῶν,
Ὡς τότε Μέμνων Φώνεε * μέγα· τοὶ δέ οἱ ἄγχι
Ηλυθον· ἀλλά μιν οὔτι χταναίειν ἐδύναντο
Μακρῇσι μελίῃσιν· ἀπέπλαχθεν γάρ οἱ αἰχμὴ
Τῆλε χροὸς· μάλα γάρ που ἀπέτραπεν Ηριγένεια·
Δούρατα δ' οὐχ ἁλίως χαμάδις πέσεν. ἀλλ' ὁ μὲν ὦκα
Εμμεμαὼς, κάππεφνε Πολύμνιον υἷα Μέγητος
Φηρεὺς ὀμβριμόθυμος· ὃ δ' ἔκτανε Λαομέδοντα
Νέστορος ὄμβριμος υἱὸς, ἀδελφειὸν χολωθείς,
Ον Μέμνων ἐδάϊξε κατὰ μόθον· ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ,
Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτῃσι λύεν παγχάλκεα τεύχη,
Οὔτε βίην ἀλέγων Θρασυμήδεος, οὔτε μὲν ἐσθλοῦ
Φηρέος, οὕνεκα πολλὸν ὑπείροχος· οἷσιν δ' ἄτε θῶες

Αμφ'

ταυτίον una voce. *Rhod.*

284. ὃδ' ἀμφοτέροις, ἐπορούσας] Coactum hoc, ubi Virorum numerus non præcesserat: Melius esset, ἀμφοτέρωσ' ἐπορούσας, in utramque partem, & dextram & sinistram, assiliens. An tamen ipse Quintus scripsit forte, ὃδ' αἰσσοτέρως ἐπορούσας? *Pauw.*

285. Θρᾴσει μαιμώωντι] Θάρσει. *Rhod.*

286. Ὡς τότε Μέμνων Φώνεε * μέγα] Corrige sic, Ὡς τότε καὶ Μέμνων Φρόνεεν μέγα. *Rhod.* Scribo φώνεε πάμμεγα. Cætera cum sententia constant. Nam consectarium illud ex ejus inclamatione, τοὶ δέ οἱ ἄγχι Ηλυθεν, irritati videlicet. Virgilius Lib. 12. — *disjecta per agmina Magna voce vocat Æneas.* Voce namque valentiore in pugnam inardescit miles: segnis torpet. Nec nulla est Brodæi correctio, Ὡς τότε καὶ Μέμνων Φρόνεε μέγα: quod interpretor, Φρονηματίας ἦν. Prætulerim tamen, Ὡς τότε δὴ Μέμνων Φοιτᾶα μέγα: eædem anhelabat, ferinum in morem, ursi instar aut apri, ut habet Poëta. Quam vocem & S. Basilio Seleuzensi alibi reddimus, & Tryphiodorus usurpavit:

Καρχαρίοισι λύκοισιν ἐοικότες, οἵτ' ὑπὸ νύκτα
Χειμερίῃ φοιτῶντες ἀσημαντοῖς ἐπὶ μήλοις.

Dausq. Mihi placet hactenus, Ὡς τότε δὴ Μέμνων Φοιτᾷ μέγα: Nam nihil in sequentibus est, quod φοιτᾷ μέγα, quod cæteroquin Dausquejo indicante præferrem, statuminare possit. *Pauw.*

287. ἀλλά μιν οὔτι χταναίειν ἐδύναντο] καταχτείνειν. *Rhod* Supplementum legitor: δύω στιβ.

Vel,

Eumque interficere conantur, fera autem ambobus
seſe opponit
Irritata animi fiducia, roburque virorum propulſat;
Ita quoque Memnon tunc altos gerebat ſpiritus, &
quamvis cominus hoſtes
Inſtarent, perimere tamen eum non potuerunt
Prælongis haſtis: deflexerunt enim cuſpides procul
A corpore ejus: ſiquidem enixe alio ipſas avertit Aurora:
Haſtæ tamen non irrito jactu humi cadunt; ſed ſtatim ubi
Vires intendit, Polymnium Megetis prolem necavit,
Magnanimus Phereus: Laomedontem vero letho affecit
Strenuus Neſtoris filius, iratum gerens animum propter fratrem:
Quem in pugna Memnon obtruncarat: Jamque ab ipſo
Indefeſſis manibus ænea laxabat arma,
Nihil penſi habens quid vel Thraſymedes poſſet vel
bonus
Phereus: Nam longe præſtabat: Illi igitur, ut duo thoës,
Qui

Vel, οὔτι δύναντο κτανεῖν, πλεόνες περ. *Dausq.* Non male Rhodomannus κατακτείνειν ἐδύναντο: Cur tamen ſic aſpernatus eſt κατακτανέειν ἐδύναντο? *Pauw.*

288. ἀπέπλαγχθεν γάρ οἱ αἰχμὴ] αἰχμαὶ. *Rhod.* Scribe ἀπεπλάγχθη. Vel quod præſtabilius, ἀπέπλαγχθεν γάρ οἱ αἰχμαὶ: Sequitur enim ἀμέσως, Δούρατα. *Dausq.*

291. κάππιφνε Πολύμνιον] κατέπιφνε. *Rhod.* Recte: Græcum tamen eſt κάππιφνε, ut κάππεσε, & alia id genus. Moneo rudiores. *Pauw.*

293. ἀδελφειοῖο χολωθείς. Ον Μέμνων ἐδάϊξε κατὰ μόθον] Hoc ſcilicet monendum erat hic: Sed ut ſequentia commode attexeret, ita Tautologus evaſit bonus. Sic tamen λύειν cum ſociis minus etiam aptum eſt: Nam prout verba ordinantur, magis ad Thraſymedem, quam Memnonem reſpicerent: Attende modo. *Pauw.*

Ibid. Νέσορος ὄμβριμος υἱὸς] ὄμβριμος poſt ὀμβριμόθυμος Verſu præced. *Pauw.*

294. ἀμφὶ δὲ ἄρ' αὐτῷ, Χερσὶν &c.] Thraſymedem igitur & Phereum non adoriebatur Memnon, ſed illi ambo adoriebantur eum, dum in ſpoliando Antilochi cadavere occupatus erat: Et ſic ἐπορούσας in comparatione præcedenti Verſ. 284. caute intelligendum eſt. Quin & ἀμφοτέρωσ' ἐπορούσας ſic ſeſe commendat ſane: Quanquam ſequentia de lupis cervariis ita comparata ſunt, ut & ἐπορούσας & ἀμφοτέρωσ' ἐπορούσας plane reſpuant:

Ἀμφ' ἔλαφον βεβαῶτε, μέγαν φοβέοντο λέοντα,
Οὔτι πρόσω μεμαῶτ' ἔτι ἐλθέμεν· αἰνὰ δὲ Νέστωρ,
Ἐγγύθεν εἰσοράων, ὀλοφύρετο· κέκλετο δ' ἄλλους
Σφοὺς ἑτάρους δηΐοισιν ἐπελθέμεν· ἂν δὲ καὶ αὐτὸς
Ὥρμαινεν πονέεσθαι ἀφ' ἅρματος, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὸν
Παιδὸς ἀποφθιμένοιο ποθὴ ποτὶ μῶλον ἄγεσκε,
Πὰρ δύναμιν· μέλλεν δὲ φίλῳ παιδὶ καὶ αὐτὸς
Κεῖσθαι ὁμῶς κταμένοις ἐναλίγκιον, εἰ μὴ ἄρ' αὐτὸν
Μέμνων ὀμβριμόθυμος ἐπεσσύμενον προσέειπεν,
Αἰδεσθεὶς ἀνὰ θυμὸν ὁμήλικα πατρὸς ἑοῖο·
Ὦ γέρον, οὔ μοι ἔοικε κατ' ἀντία σεῖο μάχεσθαι,
Πρεσβυτέροιο γεγῶτος, ἐπεὶ γέ μεν οἶδα νοῆσαι·
Ἦ γὰρ ἔγωγ' ἐφάμην σε νέον, καὶ ἀρήϊον ἄνδρα
Ἀνλιάαν δηΐοισι θρασὺς δέ μοι ἔλπετο θυμὸς,
Χειρὸς ἐμῆς, καὶ δουρὸς ἐπάξιον ἔμμεναι ἔργον·
Ἀλλ' ἀναχάζεο τῆλε μόγου, στυγεροῦ τε φόνοιο·
Χάζεο, μή σε βάλωμι καὶ οὐκ ἐθέλων περ ἀνάγκῃ,
Μηδὲ τεῷ περὶ παιδὶ πέσῃς, μέγ' ἀμείνονι φωτὶ
Μαρνάμενος, μή σε καὶ ἄφρονα μυθήσονται

Ανέ-

Ad ſingula animum adverte, quæſo. *Pauw.*

298. μέγαν φοβέοντο λέοντα] Ita recte edidit Rhodomannus: Aldus & Baſileenſes male φοβέοντται. *Pauw.*

301. δηΐοισιν ἐπελθέμεν] Minus aptum eſt δηΐοισιν γενικῶς, ubi de uno Memnone hic ſermo εἰδικῶς: Vide & ſequentia. *Pauw.*

303. ποθὴ ποτὶ μῶλον ἄγεσκε] Sono perquam ingratum eſt ποθὴ ποτί: An non legendum ſaltem ποθὴ πρότι μῶλον, vel ποθὴ πρὸς μῶλον? *Pauw.*

304. μέλλεν δὲ φίλῳ παιδὶ καὶ αὐτὸς Κεῖσθαι &c.] φίλῳ περὶ παιδί. *Rhod.* Non placet περὶ παιδί: Nam quid eo admiſſo, erit κεῖσθαι ὁμῶς κταμένοις, ubi & ipſe filius erat occiſus? *ſupra filium jacere una cum morſuis*: Hoc ſane non quadrat, aut apte dicitur, inprimis ubi & ἐναλίγκιον accedit. Locus eſt paulo intricatior: An ſcribendum, μέλλεν δὲ φίλῳ μάλα παιδὶ καὶ αὐτὸς Κεῖσθαι ὁμῶς κταμένοις ἐναλίγκιον, id eſt, verbis in ordinem redactis, μέλλεν δὲ καὶ αὐτὸς Κεῖσθαι ἐναλίγκιον παιδὶ μάλα φίλῳ ὁμῶς κταμένοις? Hoc aptius certe, quam ſi περὶ im-

Qui cervum obeunt, immanem reformidabant leonem,
Memnonem,
Non ausi ulterius progredi: Miseros autem Nestor
E propinquo intuitus, ploratus ciebat, hortabaturque alios
Suos familiares, ut invaderent hostem. Quin & ipse
E curru pugnare festinabat. Namque ipsum
Extincti filii amor in prælium trahebat
Præter vires. Et evenisset, ut prope dilectum filium & ipse
Occubuisset in confusa mortuorum strage eodem modo: nisi Memnon
Illum magnanimus irruentem compellasset,
Reverentiam ex animo præstans patris sui æquali:
Non est honestum mihi, senior, ut tecum manus conseram,
Qui natu grandior es; Nam & ego res ad rationem exigere novi.
Putaram ego equidem te maturæ ætatis, & aptum bello virum
Occurrere hostibus; promptusque mihi animus sperabat,
Certamen hoc tecum dextera & hasta mea dignum fore.
Verum excede procul acie, strageque horrifica:
Facesse (inquam) Ne te feriam invitus & necessitate adactus,
Neu cadas juxta filium tuum, dum longe præstantiori viro
Pugnam offers: & ne te mente captum dicant
Viri:

immittas, sed tamen minus etiam conveniens, quia filius occisus, ut antea dicebam, illud ὁμῶς κταμένοις odit. Convenientius sit scribere, μᾶλλον δὲ φίλῳ μάλα παιδὶ καὶ αὐτὸς κεῖσθαι ὁμῶς κτάμενος ἰναλίγκιον. Nam sic verba satis amica sunt & bona: ἰναλίγκιον per modum adverbii hic dicitur pro ἰναλίγκιος, quod minus aptum fuisset propter κτάμενος præcedens. Κεῖσθαι ἰναλίγκιον φίλῳ παιδὶ, ut supra habuimus, Ὀφθαλμοὶ μάρμαιρον ἀλίγκιον ἀκτίνεσσιν. *Pauw.*

305. εἰ μὴ ἄρ' αὐτον] Illud ἄρ' αὐτὸν in fine Versus hic sequitur eodem modo post καὶ αὐτὸς, ut paulo ante Versu abhinc tertio: Quid ais? Idne venustum? *Pauw.*

316. μή σε καὶ ἄφρονα μυθήσονται] μή πώ σε καὶ ἄφρονα μυθήσωνται. *Rhod.*

321.

Ανέρες· οὐ γὰρ ἔοικεν ὑπερτέρῳ ἀντιάσθαι.
Ως φάτο· τὸν δ' ἑτέρωθι γέρων ἠμείβετο μύθῳ·
Ω Μέμνων, τὰ μὲν ἄρ που ἐτώσια πάντ' ἀγορεύεις·
Οὐ μὲν γὰρ διίοισι πονεύμενον εἵνεκα παιδὸς
Αφραίνειν ἐρέει τις, ἀνηλέα παιδοφονῆα
Νεκροῦ ἐχὰς σεύοντα κατὰ μόθον. ὡς ὄφελόν μοι,
Αλκὴ ἔτ' ἔμπεδος ἦεν, ἵνα γνώης ἐμὸν ἔγχος·
Νῦν δὲ σὺ μὲν μάλα πάγχυ μέγ' εὔχεαι οὕνεκα θυμὸς
Θαρσαλέος νέου ἀνδρὸς, ἐλαφρότερόν τε νόημα·
Τῷ ῥα καὶ ὑψηλὰ Φρονέων, ἀποφώλια βάζεις.
Εἰ δέ μοι ἡβώοντι κατ' ἀντίον εἰληλούθεις,
Οὐκ ἄν τι κεχάροντο Φίλοι κρατερῷ περ ἐόντι·
Νῦν δ' ὡς τίς τε λέων ὑπὸ γήρως ἄχθομαι αἰνοῦ,
Ον τε κύων σταθμοῖο πολυῤῥήνοιο διήρηται
Θαρσαλέως· ὅ δ' ἄρ' οὔτι, λιλαιόμενός περ, ἀμύνει
Οἷ αὐτῷ· οὐ γάρ οἱ ἔτι ἐμπεδοί εἰσιν ὀδόντες,
Οὐδὲ βίη, κρατερὸν δὲ χρόνῳ ἀμαθύνεται ἦτορ·
Ως ἐμοὶ οὐκ ἔτι κάρτος ἐνὶ στήθεσσιν ὄρωρεν,
Οιόν περ τοπάροιθεν· ὅμως δ' ἔτι Φέρτερός εἰμι
Πολλῶν ἀνθρώπων· παύροισι δὲ γῆρας ὑπείκει.
Ως εἰπὼν, ἀπὸ βιὸν ἐχάσσαλο· λίπε δ' ἄρ' υἷα
Κείμενον ἐν κονίῃσιν, ἐπεὶ νύ τοι οὐκ ἔτι πάμπαν
Γναμπτοῖσι μελέεσσι πέλε σθένος, ὡς τοπάροιθεν·
Γήραϊ γὰρ καθύπερθε πολυτλήτῳ βεβάρητο.

Ως

321. ἀηλίᾳ παιδοφονῆα Νεκροῦ &c.] Ubi hæc adſunt, præcedens διίοισι πονεύμενον εἵνεκα παιδὸς tutius abfuiſſet. *Rauw.*

324. Νῦν δὲ σὺ μὲν μάλα πάγχυ μέγ' εὔχεαι; μέγ' εὔχεαι μάλα πάγχυ: Ita tolerabilior eſt vocularum cumulatio. Mallem, ſcripſiſſet Quintus, Νῦν δὲ σὺ μὲν μάλα πάγχυ ἐπεύχεαι. ἐπεύχεσθαι idem quod εὔχεσθαι, ut ipſi Tyrones ſciunt. *Rauw.*

327. κατ' ἀντίον εἰληλούθεις] καταντίον. *Rauw.*

328. Οὐκ ἄν τι κεχάροντο] Οὐκ ἄν τοι. *Rhod.*

329. ὑπὸ γήρως ἄχθομαι αἰνοῦ] ὑπὸ γήρως. *Rhod.*

330. διήρηται] δίηται. *Rhod.* Scribe δίηται. Recte Brodæus

ex

Viri: non enim decorum contra illum contendere, qui viribus ſuperior eſt.
Dixit; At huic ſenex e diverſo (hoc) ſermone reſpondit:
O Memnon, hæc ex parte omnino vana ſunt, quæ loqueris,
Non enim cum hoſtibus dimicantem pro filio,
Deſipere (me) dicet quiſquam, dum truculentum filii interfectorem
A cadavere in conflictu arceo. Utinam vero mihi
Adhuc virium integritas foret, ut experireris meam haſtam:
Nunc vero te ſupra modum effers: nam animus hominis
In florida ætate nimium ſibi fidit, & levior ei mens eſt.
Quod facit, ut & tu nimium tibi arrogans vaniloquentia utaris.
Quod ſi mihi pubertatis florem adepto ſolum te obviam dediſſes,
Certe non lætati eſſent tua cauſa amici, quamlibet fortis.
At nunc moleſto gravor ſenio: ut leo aliquis,
Quem moloſſus a caula agnis repleta fugat
Confidenter; qui licet cupiat, tamen non ſeſe
Vindicat: Non enim ſolidi dentes amplius,
Integræque ſunt vires: ſed validum cor temporis longinquitate marceſcit:
Sic & mihi nulla ſe ulterius vis in pectore exſerit,
Quomodo olim: & tamen adhuc præſtantior ſum
Multis hominibus, & paucis ſenectus (mea) cedit.
Sic fatus paululum retro gradum flexit, & filium reliquit
In pulvere ſtratum: cum ipſi non amplius integra
Virtus membris flexibilibus ineſſet, ut antea.
Ærumnoſæ enim ſenectutis onere oppreſſus erat.

Sic

ex Homeri Iliad. P.

—— ὥστε λὶς ἠϋγένειος,
Οἵ ῥα κύνες τε, καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταδμοῖο δίωνται.

Item Iliad. H —— ἐχὼν ἀέκοντα δίηται, Iliad. X. —— τρέσσον ὄρεσφι κύων ἐλάφοιο δίηται. Dausq.

332. οὐ γάρ οἱ ἔτι ἴμπεδοί] ἔτ' ἰμπεδοί. Rhod.

337. λίπε δ' ἄρ' ἥα] λεῖπε. Rhod.

338. ἐπεὶ νύ τοι οὐκ ἔτι πάμπαρ

Ως δ' αὕτως ἀπόρουσεν ἐϋμμελίης Θρασυμήδης,
Φηρεύς τ' ὀμβριμόθυμος, ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι,
Δειδιότες· μάλα γάρ σφιν ἐπῴχετο λοίγιος ἀνὴρ.
Ως δ' ὅτ' ἀπὸ μεγάλων ὀρέων ποταμὸς βαθυδίνης,
Καχλάζων φορέηται ἀπειρεσίῳ ὀγυμαγδῷ,
Ὁππότε συννεφὲς ἦμαρ ἔπ' ἀνθρώποισιν τανύσσῃ
Ζεὺς χλοεέων μέγα χεῖμα, περιχτυπέουσι δὲ πάντῃ
Βρονταὶ ὁμῶς στεροπῇσιν, ἄδην νεφέων συνιόντων
Θεσπεσίων, κοῖλαι δὲ περιχλύζονται ἄρουραι,
Ομβρου ἐπεσσυμένοιο δυσηχέος, ἀμφὶ δὲ μακραὶ
Σμερδαλέον βοόωσι κατ' οὔρεα πάντα χαράδραι,
Ως Μέμνων σεύεσκεν ἐπ' ἠιόνας Ελλησπόντου
Αργείους· μετόπισθε δ' ἐπισπόμενος, κεράϊζε·
Πολλοὶ δ' ἐν κονίῃσι, καὶ αἵματι θυμὸν ἔλειπον
Αἰθιόπων ὑπὸ χερσὶ· λύθρῳ δ' ἐφορύνετο γαῖα
Ολλυμένων Δαναῶν· μέγα δ' ἐν φρεσὶ γήθεε Μέμνων
Αἰὲν ἐπεσσύμενος δηΐων στίχας. ἀμφὶ δὲ νεκρῶν
Στείνετο Τρώϊον οὖδας· ὅ δ' οὐκ ἀπέληγε κυδοιμοῦ·
Ελπετο γὰρ Τρώεσσι φάος, Δαναοῖσι δὲ πῆμα
Εσσεσθ'· ἀλλά ἑ μοῖρα πολύστονος ἠπερόπευεν
Εγγύθεν ἱσταμένη, καὶ ἐπὶ κλόνον ὀτρύνουσα.
Αμφὶ δέ οἱ θεράποντες ἐϋσθενέες πονέοντο,
Αλκιονεὺς, Νύχιος, καὶ Ασιάδης ἐρίθυμος,
Αἰχμητής τε Μένεκλος, Αλέξιππός τε, Κλάδωντε,
Αλλοι τ' ἰωχμοῖο μεμαότες· οἳ ῥὰ καὶ αὐτοὶ
Καρτύναντ' ἀνὰ δῆριν, ἑῷ πίσυνοι βασιλῆϊ.

Καὶ

ται &c.] Hæc & inprimis ſequentia illa, Γήραϊ γὰρ καθύπερθε πολυτλήτῳ βιβάρητο, hic putide ociosa ſunt. Nonne Neſtoris ſenectus erat certa, & in præcedentibus aperte deſcripta ipſis ejus verbis? *Pauw.*

342. ἠδ' ἄλλοι πάντες] ἰδ' ἄλλοι. *Rhod.*

344. Ως δ' ὅτ' ἀπὸ μεγάλων &c.] Eadem comparatio, ſed alia occaſione, hoc eodem Libro Verſ. 220. & ſeqq. præceſſit. *Pauw.*

352.

Sic quoque re infecta abiit haſta ſpectatus Thraſymedes,
Phereuſque magnanimus, & alii familiares amici omnes,
Metu perculſi. Acriter enim urgebat eos vir pernicioſus,
Ac veluti ab altis montibus vorticoſus amnis
Defertur, ſtrepitu ingenti murmurans;
Cum nubilam mortalibus diem obtendit
Jupiter, magnam tempeſtatem glomerans, & reboant uſquequaque
Tonitrua fulguribus mixta; dum nubes a Deo concitatæ vehementer inter ſe
Concurrunt; & cavi paſſim inundant agri,
Imbre cum ſonitu ruente; & circumquaque longi
In cunctis montibus torrentes mugiunt horrendum:
Ita Memnon ad littora Helleſponti pellebat
Argivos, & a tergo imminens, ſtrages edebat.
Plurimi igitur in pulvere & cruore tunc animam exſpirant,
Sub manibus Æthiopum; & ſanguine tellus fœdatur
Græcorum pereuntium; totoque pectore exultat Memnon,
Incurſu hoſtium ordines ſubinde perrumpens: mortuorumque ſtrage
Trojanum ſolum arctatur: nec tamen ille a perſecutione turbulenta deſiſtit.
Sperabat enim ſe Trojanis lumen, Danaiſque exitium
Fore: ſed Fatum lugubre falſa eum ſpe ludebat,
Juxta aſſiſtens, & ad pugnam inſtigans.
Atqui circa ipſum miniſtri robore præſtantes occupati erant,
Alcioneus, Nychiusque, & Aſiades animoſus,
Haſtipotensque Meneclus, Alexippusque, Cladonque;
Aliique pugnæ percupidi: qui & ipſi
Fortiter in conflictu ſe gerebant, ſuo imperatore freti.
Et

352. ἐπ' ἠϊόνας Ελλησπόντου] ἐπ' ἠόνας. *Rhod.*

363. Αλκιονεὺς] An potius Αλκίνοος, vel Αλκυονεὺς? Αλκυόνη ex Homero nota eſt omnibus. *Rauw.*

370.

Καὶ τότε δὴ ῥὰ Μένεκλον ἐπεσσύμενον Δαναῖσι
Πηλείδης κατέπεφνεν· ὃ δ' ἀσχαλόων ἑτάροιο
Μέμνων ὀμβριμόθυμος, ἐνήρατο πουλὺν ὅμιλον·
Ὡς δ' ὅτε τις κραιπνῇσιν ἐπιβρίσῃσ' ἐλάφοισι
Οὐδὲ μὲν ἔντε' ἄνακτος ἑκὰς λίπον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ
Εκ πεδίοιο κόμισαν ἐῷ βασιλῆϊ Φέροντες·

Τῷ

324. Εὖτ' ἄνεμοι θοὰ φύλλα κατὰ χθονὸς ἀμφιχέωνται] Præpositionem κατὰ ante θοὰ positum, in suum locum restitui. *Rhod.* In Aldina scilicet & Basileensi perperam legitur, Εὖτ' ἄνεμοι κατὰ θοὰ φύλλα χθονὸς ἀμφιχέωνται. Pro ἀμφιχέωνται malim ἀμφὶ χέωνται: *in terram undique.* θοὰ φύλλα jejune dicitur: κοῦφα, *levia*, haud paulo melius esset: Idem Epithetum ex Rhodomanni correctione habuimus Lib. 1. V. 343. ubi dubitabamus propter Aldinum θεοῖς. *Pauw.*

326. Αρχομένου λυκάβαντος &c.] Simile illud Lib. 2. V. 535. Χείματος ἀρχομένου μετὰ τηλεθόωσαι ὀπώρην: Ibi autem non θοὰ, sed ἄσπιτα φύλλα, rectius longe. *Pauw.*

329 τοὔνεκ' ἄρ' ἔμπης Τρῶας ἄδην ἐδάϊζε] ἔμπης & ἄδην hic non differunt: An ἐκ παραλλήλου posita sunt? Id necesse, si scriptu-

Nec turbulentæ pugnæ finem fecit. Quo modo & alii
Danai simul omnes promiscue magno pro Achille
Studiose propugnarunt, & numerosam manibus turbam
Exiguo temporis spacio trucidarunt lævibus fraxinis
(id est hastis).
Sicut venti levia humi folia dispergunt,
Magno impetu in sylvosa incumbentes nemora,
Anno incipiente, quando Autumni finis adest.
Ita illos hastis straverunt Danai Martipotentes.
Omnes enim soliciti erant Achille defuncto,
Insigniter autem belli gnarus Ajax; Ideo acriter
Trojanos pro libitu cædebat, lethali fato assimilis.
In hunc vero arcum tetendit Paris: quem subito, re
animadversa,
In caput lapide percussit, & fregit
Galeam cristatam tristis silex. Statim igitur nox (atra
vertigo) illum
Corripuit. Qui & in pulverem collabitur: neque
sagittæ ipsi
Pro votis succurrunt. Disjectæ enim, aliæ alio, fuerant
In pulverem, & inanis prope extensa erat pharetra:
E manibus etiam arcus exciderat. Amici igitur abreptum,
Hectoreis equis ad urbem Trojanam asportabant,
Modice adhuc spirantem, & tristia suspiria ducentem:
Nec tamen arma Domini posthabuerunt; sed & ipsa
E campo sublata, ad principem suum retulerunt.

Quem

scriptura recte habeat, ut certe videtur. *Pauw.*

332. κατὰ κρατὸς] κατὰ κράατος. *Rhod.*

334. οὐδέ οἱ ἰοὶ Ηρκεσαν ἰσμένῳ] Ennoia jejuna, & cujus vim ego deprehendo nullam: Nam quid ἀρκεῖν poterant sagittæ in pharetra? Quid ἴσθαι atra laborans vertigine ex lapide impacto? Hæc sane non conveniunt hic, ut ut sagittandi peritus erat Paris. Si de una sagitta jam in arcu posita & mox mittenda, locutus fuisset Quintus, & sic illa dedisset sola, οὐδέ οἱ ἰὸς ἤρκεσεν ἰσμένῳ, τόξον δ' ἴκφυγε χεῖρι, non ineptiisset, ut nunc certe facit. *Pauw.*

341. Ἐκ πιδίοιο κόμισαν] More communi, Ἐκ πεδίου κομίσαντο, vel ἐκόμισσαν, vel Ἐκ πιδίοιο κόμισσαν. *Dausq.*

Ibid. ἰῷ βασιλῆι] ἄγακτος Ver-

su

Τῷ δ' Αἴας ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεεν ἀσχαλόωντι,
Ω κύον, ὡς θανάτοιο βαρὺ σθένος ἐξυπάλυξας
Σήμερον· ἀλλά σοι εἴθαρ ἐλεύσεται ὕστατον ἦμαρ,
Ἤ τινος Ἀργείων ὑπὸ χείρεσιν, ἢ ἐμεῦ αὐτοῦ·
Νῦν δ' ἐμοὶ ἄλλα μέμηλε περὶ φρεσὶν, ὡς Ἀχιλῆος
Ἐκ φόνου ἀργαλέοιο νέκυν Δαναοῖσι σαώσω.
Ὡς εἰπὼν, δηΐοισι κακὰς ἐπὶ χεῖρας ἴαλλεν·
Οἵ δ' ἔτι δηριόωντο νέκυν περὶ Πηλείωνος·
Οἱ δέ οἱ ὡς ἄθρησαν ὑπὸ σθεναρῇσι χέρεσσι
Πολλοὺς ἐκπνείοντας, ὑπέτρεσαν, οὐδέ τι μίμνον,
Οὐτιδανοῖς γύπεσσιν ἐοικότες, οὕς τε φοβήσει
Αἰετὸς οἰωνῶν προφερέστατος, εὖτ' ἐν ὄρεσσι
Πώεα δαρδάπτουσι λύκοις ὑποδηωθέντα·
Ὡς τοὺς, ἄλλυδις ἄλλον, ἀπεσκέδασε θρασὺς Αἴας
Χερμαδίοισι θοοῖσι, καὶ ἄορι, καὶ μένεϊ ᾧ·
Οἱ δὲ μέγα τρομέοντες, ἀπὸ πτολέμοιο φέβοντο
Πανσυδίῃ, ψήρεσσιν ἐοικότες, οὕς τε δαΐζων
Κίρκος ἐπισσεύει· τοί δ' ἰλαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Ταρφέα αἰΐσσουσιν, ἀλευάμενοι μέγα πῆμα·
Ὡς ὅιγ' ἐκ πολέμοιο ποτὶ Πριάμοιο πόληα
Φεῦγον ὀϊζυρῶς ἐπιειμένοι ἀλκέα φύζαν,
Αἴαντος μεγάλοιο περιτρομέοντες ὁμοκλὴν,
Ος ῥ' ἔπετ' ἀνδρομέῳ πεπαλαγμένος αἵματι χεῖρας·
Καὶ νύ κε δὴ μάλα πάντας ἐπασσυτέρους ἀπόλεσσεν,
Εἰ μὴ πεπλαμένῃσι πύλης ἐπέχυντο πόληα,
Βαιὸν

su præcedenti est. *Rauw.*

348. δηΐοισι κακὰς ἐπὶ χεῖρας ἴαλλεν] Legi etiam potest κῆρας. *Rhod.* Optimum est χεῖρας, etiamsi σθεναρῇσι χέρεσσι proxime sequatur: Calabrum nosti. *Rauw.*

350. Οἵ δέ οἱ ὡς ἄθρησαν &c.] Scabrum est Οἵ δέ, ubi præcedit Οἵ δ' ἔτι. *Rauw.*

351. οὐδέ τι μίμνον] οὐδ' ἔτι. *Rhod.*

352. οὕς τε φοβήσει] φοβήσῃ. *Rhod.*

354. Πώεα δαρδάπτουσι] δαρδάπτωσι. *Rhod.*

358. Ψήρεσσιν ἐοικότες, οὕς &c.] Hic Trojanos sturnis comparat,

Quem magno clamore indignantem ſubſecutus eſt Ajax:
Sic, canis, grave mortis robur evaſiſti
Hodie. Sed tibi ſtatim noviſſima dies adferetur,
Aut Argivum alicujus, aut mea ipſius manu.
Nunc autem animus meus aliis curis vacat: quomodo (videlicet) Achillis
Exanime corpus e funeſta ſtrage Danais ſervem.
Hæc locutus, fævas hoſtibus manus injicit,
Qui adhuc certamen circa Achillis cadaver habebant.
Sed ut viderunt robuſtis ipſius manibus,
Multis ſpiritum eripi; terrore icti non amplius reſiſtebant;
Ignavis vulturibus ſimiles, quos terret
Aquila volucrum præſtantiſſima, quando in collibus
Oves dilacerant, a lupis occiſas:
Sic illos diverſas in partes diſſipavit animoſus Ajax,
Lapidibus rapidis, & enſe, & fortitudine ſua.
Quare majorem in modum conſternati, ex acie fugiebant
Turmatim: Sturnis haud abſimiles, quos infeſtans
Accipiter (circus) perſequitur: Hi gregatim alius poſt alium
Frequentes avolant, grave exitium devitantes.
Non aliter e pugna ad Priami urbem Trojani
Miſere ſe recipiunt, turpem induti fugam;
Magnique Ajacis minas expaveſcunt.
Qui ſectabatur humano cruore manus pollutus.
Nec multum aberat, quin omnes ad internecionem deleviſſet,
Niſi apertis in urbem portis infuſi eſſent,

Exi-

rat, quos vulturibus antea comparaverat, Ajacem vero, quem aquilæ, accipitri: Deſultoria certe levitate. *Pauw.*

360. *Ταυφίαι ἀϊσσουσιν*] *Ταφίης. Rhod.*

362. *ἐπιτιμίνοι ἀλκίαι φύζαν*] *ἀκλέα φύζαν. Rhod.*

363. *Αἴαντος μεγάλοιο περιτρομέοντες*] Quam miſere hæret Quintus in illis metuendi verbis, & in iſto metu? Conſidera modo ſingula, videbis. *Pauw.*

365. *μάλα πάντας, ἐπασσυτέρους*] *Omnes omnino, unum poſt alium:* Mirum hercule, mirum. *Pauw.*

366. *Εἰ μὴ πεπταμένῃσι πύλῃς ἐπέχυντο πόλῃα*] Malim *πόλῃος*: Nam *πεπταμένῃσι πόλῃς* minus

Βαιὸν ἀναπνείοντες, ἐπεὶ ζόφος ἦτορ ἴκανεν·
Τοὺς δ' ἔρσας ἀνὰ ἄστυ νομεὺς ὡς αἰόλα μῆλα,
Ἤιεν ἐς πεδίον, χθόνα δ' οὐ ποσὶ μάρπτεν ἑοῖσιν,
Εμβαίνων τεύχεσσι, καὶ αἵματι, καὶ κταμένοισι·
Κεῖτο γὰρ εὐρὺς ὅμιλος ἀπειρεσίῃ ἐπὶ γαίῃ
Ἀχρὶς ἐφ' Ελλήσποντον ἀπ' εὐρυχώροιο πόληος
Αἰζηῶν κταμένων, ὁπόσους λάχε δαίμονος αἶσα·
Ὡς δ' ὅτε λήϊον αἶψα ὑπ' ἀμητῆρσι πέσῃσι,
Πυκνὸν ἐὸν, τὰ δὲ πολλὰ καταυτόθι δράγματα κεῖται
Βριθόμενα σταχύεσσι, γέγηθε δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ
Ανέρος εἰσορόωντος, ὅ τις κλυτὸν οὖδας ἔχῃσιν·
Ὡς οἱ ἀμφοτέρωθε κακῷ δμηθέντες ὀλέθρῳ,
Κεῖντο πολυκαύτοιο λελασμένοι ἰωχμοῖο
Περγαμίδες· οὐδέ τι Τρῶας Αχαιῶν φέρτατοι υἱες
Σύλεον, ἐν κονίῃσι καὶ αἵματι δηωθέντας,
Πρὶν Πηλήϊον υἷα πυρὶ δόμεν, ὅς σφιν ὄρειαρ
Ἔπλετ' ἐνὶ πτολέμοισιν, ἑῷ μέγα κάρτεϊ θύων·
Τοὔνεκά μιν βασιλῆες ἀπὸ πτολέμου ἐρύσαντες,
Ἀμφὶ νέκυν φορέοντο ἀπείριτον, εὖτε φέροντες,
Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι, νεῶν προπάροιθε θοάων·

Ἀμφὶ

minus placet absolute, & ἐπέχυντο πόλῃα nescio, an eo sensu recte dicatur cum casu quarto. *Pauw.*

367. ἐπὶ ζόφος ἦτορ ἴκανεν] Maxima anxietas, quæ tenebras animo obducit, & morti quasi similis est: Hesychius, Ζόφος, δυσθυμία. Qui φόβος scriberent, errarent. *Pauw.*

368. Τοὺς δ' ἔρσας ἀνὰ ἄστυ] ἕλσας. *Rhod.* Scribe εἵρξας vel ἕλσας. *Dausq.* ἕλσας vix probo, quia ἕλσαι vel ἑλάσαι ἀνὰ ἄστυ non ita amant Græci. Scribendum puto, ἔρξας ἀνὰ ἄστυ: ἔργω idem, quod εἴργω: Vide Hesychium. *in urbe includens.* ἀνὰ pro ἐν accipitur sæpe. *Pauw.*

Ibid. νομεὺς ὡς αἰόλα μῆλα] Epithetum coactum: Nam vulgo oves non sunt variæ, sed unicolores. *veloces* vel *celeripedes* non conveniret hic. *Pauw.*

369. χθόνα δ' οὐ ποσὶ μάρπτεν ἑοῖσιν] Homericum: Iliad. Ξ. V. 228. οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν. Hoc tamen rarius. *Pauw.*

371. ἀπειρεσίῃ ἐπὶ γαίῃ] ἀπειρεσίῃ nimium hic de agro Tro-

Exiguum vix dum ſpiritus habentes. Nam a tenebris
cor circumventum erat.
Hos igitur cum in urbem incluſiſſet, ut varias paſtor oves,
In campum redit, nec ſolum pedibus ſuis attingit,
Incedens per arma, & ſanguinem, & cadavera.
Jacebat enim turba, late diffuſa in terra ſpatioſa,
Uſque ad Helleſpontum, ab oppido latipatente,
Juvenum cæſorum, qui ſorti fatali obvenerant.
Ut (accidit) cum ſeges arida a meſſoribus dejicitur,
Quæ denſa provenit; multique illis manipuli jacent
Spicis gravati; Deque opere lætitiam capit animus
Contuentis heri, qui præclarum (hoc) arvum tenet.
Ita illi utrobique funeſta ſubacti morte,
Jacebant flebilis pugnæ obliti,
Facie ad terram verſa. Nec tamen fortiſſima Græcorum pubes Troas,
In pulvere & cruore ſtratos, ſpoliabat,
Priuſquam Pelei natum rogo tradidiſſent, qui præſidium illorum
Erat in bellis, robore ſuo ſtrenue graſſans.
Ideo cum proceres e duello eum extraxiſſent,
Circa procerum cadaver occupati erant: ubi deportatum
In papilione depoſuerant, ante naves feſtinas:

Eum-

Trojano, ubi pugnabant acies diverſæ. *Pauw.*

372. *ἀπ' εὐρυχόροιο πόληος*] *εὐρυχόροιο. Rhod.*

376. *γίγηθε δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ*] Hoc *γίγηθε*, & hæc lætitia minus conveniens eſt, ubi *ἀμφοτέρωθε* ſequitur, & non modo Trojanorum, ſed etiam Græcorum hic multa jacebant cadavera. *Pauw.*

379. *Κεῖντο πολυκλαύτοιο*] *πολυκλαύτοιο. Rhod.*

381. *ἐν κονίῃσι καὶ αἵματι δηωθέντας*] Hæc otium agunt poſt ſuperiora, & paulo ante præcedens *κακῷ δμηθέντες ὀλέθρῳ*: Et ſic ubique Auctor, qui verborum copiam adamavit inſane. *Pauw.*

382. *Πρὶν Πηλῆϊον υἷα πυρὶ δόμεν*] *πυρῇ. Rhod.* Ita ſcribas, per me licet: Non tamen neceſſe, ubi cæſura adeſt. *Pauw.*

384. *ἀπὸ πτολέμου*] *ἐνὶ πτολέμοισιν* ſtat Verſu præcedenti. *Pauw.*

385. *Ἀμφὶ νέκυι Φορέοντο ἀπείριτον*] *νέκυν πορέοντο. Rhod.* Recte: Illud *ἀπείριτον* hominis in-

Ἀμφὶ δέ μιν μάλα πάντες ἀγειράμενοι, στονάχοντο
Ἀχνύμενοι κατὰ θυμὸν· ὃ γὰρ πέλε κάρτος Ἀχαιῶν,
Δὴ τότ' ἐνὶ κλισίῃσι λελασμένος ἐγχειάων,
Κεῖτο βαρυγδούποιο παρ' ἠόσιν Ἑλλησπόντου·
Οἷος ὑπερφίαλος Τιτυὸς πέσεν, ὁππότε Λητὼ
Ἐρχομένην Πυθῶδε βιάζετο, καί ἑ χολωθεὶς
Ἀκάματόν περ ἐόντα, θοῶς ὑπεδάμνατ' Ἀπόλλων
Λαιψηροῖς βελέεσσιν, ὅ δ' ἀργαλέῳ ἐνὶ λύθρῳ
Πουλυπέλυθρος ἔκειτο κατὰ χθονὸς εὐρυπέδοιο
Μητρὸς ἑῆς, ἣ δ' υἷα περιστονάχησε πεσόντα,
Ἀχθόμενον μαχάρεσσι, γέλασσε δὲ πότνια Λητὼ·
Τοῖος ἄρ' Αἰακίδης δηΐων ἐπικάππεσε γαίῃ,
Χάρμα φέρων Τρῳῆσσι, γόον δ' ἀλίαστον Ἀχαιοῖς,
Λαῶν μυρομένων· περὶ δ' ἔβρεμε βένθεα πόντου·
Θυμὸς δ' αὐτίκα πᾶσι κατεκλάσθη φίλος ἔνδον,
Ἐλπομένων κατὰ δῆριν ὑπὸ Τρῳῆσσιν ὀλέσθαι·
Μνησάμενοι δ' ἄρα τοίγε φίλων παρὰ νηυσὶ τοκήων,
Τοὺς λίπον ἐν μεγάροισι, νεοδμήτων τε γυναικῶν,
Αἵ που ὀδυρόμεναι, μίνυθον κενεοῖς λεχέεσσιν,
Νηπιάχοις σὺν παισὶ φίλους ποτιδέγμεναι ἄνδρας·

Μᾶλ-

ineptias iterum prodit, qui *immenſa* cerebello ſuo infixerat ubique. *Pauw.*

387. στονάχοντο] στενάχοντο. *Rhod.*

390. βαρυγδούποιο.] An hoc luctum augebat? Ea vis Scholaſtica in Epitheto latere poteſt. *Pauw.*

391. Οἷος ὑπερφίαλος Τιτυὸς πέσεν &c.] Comparatio inepta. An Achilles ea magnitudine, qua Tityus? An ea improbitate? Nugæ, nugæ, præſertim in ore hominis Græci, non barbari aut Trojani. Illud πέσεν etiam hiulcum eſt & ſcabrum, nec de Achille cadente, ſed de Achillis curato cadavere hic ſermo. *Pauw.*

395. Πουλυπέλυθρος ἔκειτο] Πουλυπέλυθρος. *Rhod.*

398. Τοῖος ἄρ' Αἰακίδης δηΐων ἐπικάππεσε γαίῃ] Inepte hic cadit Achilles: Nam de eo antea actum ſatis abundeque. Monui jam verbo. Eo tamen hic recurrendum erat, ut Tityi comparatio aliquatenus quadraret: Nam ad Inferos detruſi ibique in novem jugera exporrecti, ratio haberi non poterat ullo mo-

Eumque cœtu facto omnes graviter planxerunt,
Ex animo dolentes. In quo enim Græcorum robur ſteterat,
Is tunc in caſtris haſtarum (rei bellicæ) oblitus
Jacebat, horriſoni prope littora Helleſponti.
Quantus prægrandis Tityus procubuit, quando Latonæ,
Pythonem verſus iter facienti, vim intentavit; ipſumque exardeſcens ira
Quamlibet indomitum, ſubito edomuit Apollo,
Rapidis ſagittis: in tabo igitur funeſto
Ad multa jugera porrectus jacebat per ſpacioſum campum
Matris ſuæ: Quæ ingemuit filii caſum
Superis inviſi; Riſit autem veneranda Latona.
Tantus Æacides in hoſtium terra procubuerat,
Gaudium afferens Trojanis, & contra, luctum Achæis perpetuum
Populisque eum deplorantibus. Infremuerant alti ponti gurgites.
Et cunctis carus intra viſcera animus infractus erat,
Augurantibus, a Trojanis in acie ſe occidione cæſum iri.
Cumque ad naves recolerent dulcium memoriam parentum,
Quos domi reliquiſſent; & recens ductarum uxorum,
Quæ in vacuis tunc thalamis mœrore contabeſcerent,
Parvulis cum natis, dilectorum virorum expectatione languidæ;

Eo

modo. Vide, quo acumine & judicio fuerit Quintus. *Pauw.*

400. *περὶ δ' ἴβρεμε βίνδεν πόντου*] *πόντου βίνδεν* non fremunt, & Scholaſticus hic tumor. *Pauw.*

402. *Ἑλπομένων κατὰ δῆριν ἐπὶ Τρώεσσιν ἐλίσθαι*] Scribatur *ἑλπομένοις*, ſi cui Enallage caſuum Poëtæ uſitata non placet. *Rhod.* Non faciam, neque alius faciet, qui judicio pollet. Abſque ulla autem ratione hæc dicta ſunt, ubi Achillis cadavere potiti fuerant Græci, & Ajax Trojanos, tanquam oves, in urbem abegerat, edita prius horrenda ſtrage. Vident Periti, & digito tantum indico. *Pauw.*

405. *μίνυθον κεινοῖς λιχέεσσιν*] *φθίνυθον. Rhod.* Mallem, ta-

Μᾶλλον ἀνεστονάχοντο· γόου δ' ἔρως ἔμπεσε θυμῷ·
Κλαῖόν τ' αὖ ἀλίαστον, ἐπὶ ψαμάθοισι βαθείαις
Πρηνέες ἐκχύμενοι, μεγάλῳ παρὰ Πηλείωνι,
Χαίτας ἐκ κεφαλῆς προθελύμνας δηϊόωντες·
Χευάμενοι δ' ἤσχυναν ἄδην ψαμάθοισι κάρηνα·
Οἵη δ' ἐκ πολέμοιο βροτῶν ἐς τεῖχος ἁλέντων
Οἰμωγὴ πέλεται, ὅτε δήϊοι ἐμμεμαῶτες,
Καίωσιν μέγα ἄστυ, καταχτείνωσι δὲ λαοὺς
Πανσυδίῃ, πάντῃ δὲ διὰ κτῆσιν φορέωνται,
Τοίη τοι παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν ἔπλετ' ἀϋτὴ,
Οὔνεκ' ἀοσσητὴρ Δαναῶν πάϊς Αἰακίδαο,
Κεῖτο μέγας παρὰ νηυσὶ θεοτεύκτοισι βελέμνοις,
Οἷος ἔην, ὅτε μιν δεινὴ θεὸς ὀμβριμοπάτρη
Τρώων ἐν πεδίῳ πολυαχέϊ κάμβαλε πέτρῃ·
Μυρμιδόνες δ' ἄλκητον ἀνεστενάχοντ' Ἀχιλῆα,
Εἰλόμενοι περὶ νεκρὸν ἀμύμονος ἄνακτος,
Ἠπίου, ὃς πάντεσσιν ἴσος πάρος ἦεν ἑταῖρος·
Οὐ γὰρ ὑπερφίαλος πέλεν ἀνδράσιν, οὐδ' ὀλοόφρων,

Αλ-

cuiſſet: Nam μίνυθον idem, quod φθίνυθον. *Pauw.*

410. Χαίτας ἐκ κεφαλῆς] Malim copulate, Χαίτας τ' ἐκ κεφαλῆς. *Pauw.*

412. βροτῶν ἐς τεῖχος ἁλέντων] ἁλέντων hoc ab ἁλίσκω venit, & captos ſignificat: Intellige autem tales captos, qui poſt pugnam male pugnatam ad urbem fugiunt, & fugientes, antequam urbem ingrediantur, ad mœnia intercipiuntur, urbeque arcentur, quam illis inſciis jam occupavit hoſtis: Sic ſententia bona eſt, & verba etiam ſunt bona: ἁλέντων ἐς τεῖχος ἐκ πολέμοιο. Interpres inſulſe, *a pugna hominibus in mœnia incluſis*: Nam ſic obſidione opus eſt, nec metus ſemper urbi. *Pauw.*

417. Οὔνεκ' ἀοσσητὴρ Δαναῶν] Hoc toties hic ingeſtum, ut nauſeam revera creet. *Pauw.*

418. Κεῖτο μέγας παρὰ νηυσὶ θεοτεύκτοισι βελέμνοις] θεοτεύκτοισι, vel θεοκτήτοισι, vel θεοσεύτοισι. *Rhod.* Mihi placet θεοπεύκτοισι: Ita Poëtæ plus ſemel, ut Syllaba brevis evadat longa: Tyrones ſciunt. Quid autem hic μέγας, quid μέγας κεῖτο βελέμνοις θεοπεύκτοις? Id nonne ambiguum? Haud dubie. Et ſic data opera Quintus, ut mox vide-

Eo magis ſuſpiriis indulgebant. Nam amor luctus animis illapſus fuerat:
Flebant igitur continue per profundas arenas
In ora effuſi, juxta magnum Peliden,
Et pilos e capite radicitus evellebant,
Intuloque vertices pulvere valde turpabant.
Qualis autem, a pugna hominibus in mœnia incluſis,
Ploratus exiſtit; ubi hoſtes concitati
Magnum oppidum incendunt & populum trucidant
Ad internecionem; & undique facultates diripiunt:
Talis apud naves Achivum vociferatus erat:
Propterea quod opifer Danaum, filius Æacidæ
Ingens, ante naves divinis telis ſtratus eſſet,
Non ſecus atque Mars, cum potens ipſum Dea, Minerva,
In Troum campo ponderoſo profligaſſet ſaxo.
Myrmidones vero indeſinenter Achillem deflebant,
Circa boni eximiique principis cadaver ſe volutantes,
Tam utique benigni, ut omnibus æqualem ſe præbuerit ſocium.
Non enim ſuperbus erat erga homines, nec crudelis,
Sed

videbis. *Pauw.*

419. Οἷος Ἄρης, ὅτε μιν &c.] Inepta comparatio Achillis mortui cum Marte vulnerato, & eo quidem ineptior, quod altera ſimilis de Tityo jam præceſſerit: Vide Iliad. Φ. V. 400. ne dubites paulo rudior. Ut tamen comparatione hac inepta uti poſſet Quintus, Verſu præcedenti κεῖτο μέγας θεητύκτοισι βελίμνοις ita ambigue ſcripſit: Nam in una voce μέγας tota comparatio hæret. Alias pro ea haud dubie dediſſet vel νεκρὸς vel νέκυς, ut ſic verba perſpicue dicerent, quod dicere debebant: Hoc jam intelligis, credo. *Pauw.*

420. πολυαχῖϊ κάμβαλε πέτρῃ] πολυαχῖϊ κάββαλε πέτρῃ. *Rhod.*

421. ἄλληκτοι ἀνεστενάχοντ' Αχιλῆα] Scribe iterum ἀλλήκτοιν. Pro ἀνεστενάχοντ', ut recte legitur hic, paulo ante V. 407. male legitur ἀνεστονάχοντο: quod ibi monere omiſi. *Pauw.*

422. Εἰλόμενοι περὶ νεκρὸν ἀμύμονες ἄνακτος] Ante ἄνακτος pone αἶεν. *Rhod.* Non incommode recipies ὕιὸν. Brodæus ζῶν. *Dausq.* Inepte Dausquejus pro more ſuo; neque placet Brodæi ζῶν: Melius Rhodomannus ἀεὶν, in quo tamen etiam non acquieſco. An forte legendum, περὶ νεκρὸν ἀμύ-

Αλλὰ σαοφροσύνῃ καὶ κάρτεϊ πάντ' ἐκέκαστο·
Αἴας δ' ἐν πρώτοισι, μέγα στενάχων, ἐγεγώνει
Πατροκασιγνήτοιο φίλων ἅμα παιδα *
Βλήμενον ἐκθεάσφιν· ἀνητῶν γε μὲν οὔτινι βλητὰς
Ἦεν, ὅσοι ναίουσιν ἐπὶ χθονὸς εὐρυπέδοιο·
Τὸν τότ' ἀχέων ὀλοφύρετο φαίδιμος Αἴας,
Αλλ' ὅτε μὲν κλισίας Πηληϊάδαο δαμέντος
Εσφοιτῶν, ὅτε δ' αὖτε παρὰ ψαμάθοισι θαλάσσης
Εκχύμενος μάλα πουλὺς, ἔπος δ' ὀλοφύρατο τοῖον,
Ω Αχιλεῦ, μέγα κάρτος ἐϋσθενέων Αργείων,
Κάτθανες ἐς Τροίην Φθίης ἐκὰς εὐρυπέδοιο,
Εκπροθεν ἀπροφάτοιο λυγρῷ βεβλημένος ἰῷ,
Τὸν ῥὰ ποτὶ κλόνον ἄνδρες ἀνάλκιδες ἰθύνουσιν·
Οὐ γάρ τις πιστυνός γε σάκος μέγα νωμήσασθαι,
Ηδὲ περὶ κροτάφοισιν ἐπισταμένως ἐς Αρηα
Εὖ θέσθαι πήληκα, καὶ ἐν παλάμῃ δόρυ πῆλαι,
Καὶ χαλκὰν δηΐοισι περὶ στέρνοισι δαΐξαι,

Ιοῖσιν

μονος οἷο ἄνακτος? ἑὸς & ὃς etiam pluraliter usurpatur, ut nosti. *Pauw.*

427. Πατροκασιγνήτοιο φίλων ἅμα παῖδα *] Versum sic refarsi: Πατροκασιγνήτοιο φίλονθ' ἅμα παῖδα φιλήσας. Quod si cui non placeat, post παῖδα κρυβηδὸν reponat: Et sic vertat; magnopere lamentans invocabat crebro dilectum patrui filium clam seu furtim &c. *Rhod.* Brodæus supplet παῖδα τοκήων. nec displicet. Rhodomannus Πατρ. φίλονθ' ἅμα παῖδα φιλήσας. Forte legendum, Πατροκασιγνήτοιο φίλοιο μίτωπα φιλήσας, osculatus ora chari patruelis. Osculari enim mortuum iterumque iterumque, mos olim increbruit. Reponi κρυβηδὸν haud potest: nam propalam amicum lamentari & flere, viri ipsi, & Martis alumni affectabant, idque amicitiæ specimen fuit gentium consensu. τὸ κρυβηδὸν autem non patiuntur, quæ subeunt hoc ipso Libro:

——— ἀμφὶ δὲ λαῶν
Μυρομένων δάκρυσι φορύνετο τεύχεα πάντα,
Καὶ κλισίαι, καὶ νῆες, ἐπεὶ μέγα πένθος ὄρωρει.

Dausq. Non placent Interpretum commenta, quæ refutare nihil necesse: Se enim aperte refutant ipsa. Rectius scripseris, Πατροκασιγνήτοιο φίλου μάλα παῖδ' ἐπιδέρκων Βλήμενον &c. Sed hæc incerta, & tutius relin-

Sed in omnibus rebus tam prudentia, quam fortitudine pollebat.
Cæterum Ajax in primis magnos ingemiſcens queſtus ciebat,
Carum patrui natum crebro deoſculans,
A Deo percuſſum. mortalium enim nemini vulnerabilis
Erat, quicunque latipatentem terrarum orbem inhabitant.
Hunc (ergo) tunc multo cum gemitu plangebat nobilis Ajax,
Nunc Pelidæ exanimis tabernaculum
Intrans, nunc in arena maris
Procero corpore ſtratus; Et tandem hæc ſingultans edidit verba.
Heu Achilles, ingens fortium Argivorum columen,
Occubuiſti ad Trojam, procul a latis Phthiæ campis,
Ferali ex improviſo ſagitta confixus,
Qualem ignavi in conflictu homines ejaculantur.
Nemo enim, qui grande ſcutum ſe verſare poſſe confidit,
Et perite temporibus ad Martis opus
Caſſidem accommodare, inque manu pilum vibrare,
Et æneum thoracem in hoſtico pectore tranſadigere,

Subi-

linquere, ut ſunt. *Pauw.*

428. *ἐκθεόφιν*] *ἐκθεόφιν. Rhod.*

Ibid. *θνητῶν γε μὲν οὔτινι βλητὸς ἦεν*] *γε* hic poſitum pro *γὰρ*: Id enim ſententia requirit. Scribere etiam potuiſſet Quintus non incondite, *θνητῶν γὰρ ἂν οὔτινι βλητὸς ἦεν. Pauw.*

430. *Τὸν τοτ' ἀχέων ὀλοφύρετο*] *Τὸν τότ' ἄδην ἀχέων. Rhod.* Scriptura emendabilis: *Τὸν τότε ἀχνύμενος ὀλοφύρετο. Dausq.* Legere præſtat, *Τὸν τότε δὴ ἀχέων ὀλοφύρετο. Pauw.*

431. *Αλλ' ὅτε μὲν κλισίας*] *Αλλοτε. Rhod.* Necte, *Ἄλλοτε*, & *ὅτε δ' αὖτε*, vel *Ἀλλ' ὁτὲ μὲν*, & *ὁτέ δ' αὖτε. Dausq. Ἄλλοτε* legendum conjunctim: Alia non curo, & naſutis Grammaticis relinquo, ut illis ſeſe delectent domi. *Pauw.*

435. *Κάτθανες ἐς Τροίην Φθίης ἐκὰς εὐρυπέδοιο*] *ἐν Τροίῃ. Rhod.* Mihi non diſplicet vulgata, præſertim ubi *ἐς* pro *ἐν* ponitur ſæpe. Illud *εὐρυπέδοιο* hic ita habes tertia vice: Junge V. 395. & V. 429. *Pauw.*

436. *Ἐκπροθεν ἀπροφάτοιο*] *Ἐκποθεν. Rhod.*

439. *ἐπισαμένως ἐς Ἀρηα*] Scribe *ἐπισάμενος ἐς Ἄρηα*: *εὖ* ſequitur, & *ἐπισαμένως* reſpuit. *Pauw.*

Ἰοῖσιν γ' ἐπάνευθεν ἐπεσσυμένως πολεμίζειν.
Εἰ γάρ σευ κατέναντα τότ' ἦλυθεν, ὅς σ' ἐβαλέν περ,
Οὐκ ἂν ἀνουτητίγε τεοῦ φύγεν ἔγχεος ὁρμήν.
Ἀλλὰ Ζεὺς τάχα που μήδετο πάντ' ἀπολέσθαι
Ἡμέων δ' ἐν καμάτοισιν ἑτώσια ἔργα τίθησιν·
Ἠδὴ γὰρ Τρῴεσσι κατ' Ἀργείων τάχα νίκην
Νεύσει, ἐπεὶ τόσον περ Ἀχαιῶν ἔρκος ἀπηύρα.
Ὢ πόποι, ὡς ἄρα πάγχυ γέρων ἐν δώματι Πηλεὺς
Ὀχθήσει, μέγα πένθος ἀταρπεῖ γήραϊ κύρσας,
Αὐτῇ σὺν φήμῃ μιν ἀποῤῥαίσει μέγα θυμὸν·
Ὧδε δέ οἱ καὶ ἄμεινον ὀϊζύος αἶψα λαθέσθαι·
Εἰ δέ κεν οὐ φθίσει ἑ κακὴ περὶ υἱέος αἶσα,
Ἀ δειλὸς, χαλεποῖς ἐνὶ πένθεσι γῆρας ἰάψει,
Αἰὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν βίοτον κατέδων ὀδύνῃσι,
Πηλεὺς, ὃς μαχάρεσσι φίλος περιώσιος ἦεν·
Ἀλλ' οὐ πάντα τελοῦσι θεοὶ μογερῇσι βροτοῖσιν.
Ὡς ὁ μὲν ἀσχαλόων ὀλοφύρετο Πηλείωνα·

Φοῖ-

442. *Ἰοῖσιν γ' ἐπάνευθεν ἐπεσσυμένως πολεμίζειν*] *ἀπάνευθεν ἐπεσσυμένως πολεμίζει. Rhod.* Singulis vocibus medicinam paro:

Φοῖβος τοὶ δὲ ἀπάνευθεν ἐπεσσυμένῳ πολεμίζει.

Sed Phœbus tibi ruenti in hoſtem eminus pugnat. Quo in verſu Achillis laudem ſingula verba multiplicant. Queat etiam *ἐπεσσυμένος* legi. Quæ correctio firmamentum habet ex ſubjectis verſibus: *Εἰ γάρ σευ κατέναντα* &c. *Dausq.* Nihil ſtultius Dausquejano commento: Nam ſic oratio, ut in quisquiliis vulgatis, exitum non habet: Pueri vident. Perbene Rhodomannus absque ullo dubio, *ἀπάνευθεν πολεμίζει*: Pro *ἐπεσσυμένως* malim etiam *ἐπεσσυμένος*: *ἀπάνευθεν ἐπεσσυμένος* ſcilicet perquam commode cohæret. *Pauw.*

444. *Οὐκ ἂν ἀνουτητίγε τεοῦ*] Scribendum hic eſt diviſim plane, *Οὐκ ἄν ἀνουτητί γε τεοῦ*, ut ſic cæſura ſeſe aperiat, quæ ſyllabæ producendæ requiritur. *Pauw.*

445. *Ἀλλὰ Ζεὺς τάχα που μήδετο πάντ' ἀπολέσθαι*] *τάχα που τάδε μήδετο. Rhod.* Scribe *τάχα πρόχυν ἐμήδετο. Dausq.* Rhodomanni *τάδε* flacceſcit, Dausqueji autem *πρόχυν* nimis robuſtum eſt. Quid ſi legamus, *Ἀλλὰ Ζεὺς τάχα που ἐπεμήδετο πάντ' ἀπολέσθαι*? Id certe non diſplicet: Quanquam ſic longe etiam pla-

Subitam eminus ſagittis pugnam inſtituit.
Si enim cominus tibi tunc ſe obtuliſſet, qui vulnus tibi inflixit,
Certe non ſine vulnere haſtæ tuæ impetum effugiſſet:
Sed Jupiter forte in animo habuit hæc omnia perdere,
Atque conatus noſtros in rebus agendis fruſtratur.
Jam enim fortaſſis contra Græcos victoriam Trojanis
Annuet: cum tantum Achivis propugnaculum abſtulerit.
Eheu, quam graviter ſenex in aula Peleus
Ingemiſcet, immanem luctum in moleſta ſenectute ſortitus.
Statim, hoc accepto nuncio vitæ jacturam faciet.
Id quod ipſi etiam conſultius; ut calamitatis memoriam repente exuat.
Quod ſi lethale nati fatum tabe ipſum non conficiet,
Heu miſer in luctibus moleſtis ſenium afflictabit
Perpetuo, ad focum cruciatibus vitam depaſcens,
Peleus (ille) qui Diis excellens amicus fuit.
Sed non cuncta ad (ſperatum) finem perducunt Superi ægris hominibus.
Ita quidem ille ſtomachabundus deflebat Pelidam.

placeret magis, *τάχα κέ ἐπιμήσατο πάντ' ἀπολέσθαι*: Nam imperfectum *μήδετο* vel *ἐπιμήδετο* ductus ſententiæ certe non amat: Id vident omnes, qui paulo acutius cernunt. Aoriſtus convenit; & Præſens etiam conveniret: Quare non deerunt forte, quibus lenocinabitur, *Αλλὰ Ζεὺς τάχα που νῦν μήδετ' ἄπαντ' ἀπολέσθαι*: Neque id malum, ſed alteri tamen neutiquam præferendum. *Pauw.*

446. *Ημίαν αἰ' ἐν καμάτοισιν ἐτώσια ἔργα τίθητον*] Mira locutio, & impedita ſane: *ἐν καμάτοισιν ἔργα*. Sed *ἐν καμάτοισιν* forte ſcriptum pro *καμάτοισιν*, abundante præpoſitione, ut ſolet aliquando: Sic vertendum, *opera noſtra fruſtranea efficit miſeriis*. *κάματοι* ærumnæ & miſeriæ ſunt ſæpe. *Pauw.*

448. *ἐπεὶ τόσον περ Ἀχαιῶν*] Scribe, ut Verſui adſis, *ἐπεὶ τόσσον περ. Pauw.*

449. *ἐν δώματι*] Malim *ἐν δώμασι. Pauw.*

450. *μέγα πένθος ἀταρπεῖ γήρᾳ κύρσας, Αὐτῇ σὺν φήμῃ μιν ἀποῤῥαίσει μέγα θυμὸν*] *ἀτιρπεῖ γήραϊ*, & *μὲν ἀποῤῥαίσει. Rhod.* Rectius *μιγάθυμον. Dausq.* Locus corruptus: *κύρσας* cum caſu quarto non conſtruitur, & *μέγα* abſonum eſt, ubi de morte agitur. Poſteriori medelam attulit Dausquejus, pro *μέγα*

Φοῖνιξ δ' αὖ ὁ γεραιὸς ἄσπετα κωκύεσκεν,
Ἀμφιχυθεὶς δέμας υἱῦ, θρασὺ σθένος Αἰακίδαο·
Καί ῥ' ὀλοφυδνὸν ἄυσε μέγ' ἀχνύμενος πινυτὸν κῆρ,
Ὤλεό μοι φίλε τέκνον, ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἄφυκτον
Κάλλιπες ὡς ὄφελέν με χυτὴ κατὰ γαῖα κεκεύθει,
Πρὶν σέο πότμον ἰδέσθαι ἀμείλιχον· οὐ γὰρ ἔμαγε
Ἄλλο χερειότερόν γ' ἐπήλυθεν ἐς φρένα πῆμα,
Οὐδ' ὅτε πατρίδ' ἐμὴν λιπόμην, ἀγαυούς τε τοκῆας,
Φεύγων ἐς Πηλῆα δι' Ἑλλάδος, ὅς μ' ὑπέδεκτο,
Καί μοι δῶρα πόρεν, Δολόπεσσι δ' ἔθηκεν ἀνάσσειν·
Καὶ σεῦ ἐν ἀγκαίνῃσι φορεύμενος ἀμφὶ μέλαθρον,
Κέλτῳ ἐμῷ κατέθηκε, καὶ ἐνδυκέως ἐπέτελλεν
Νηπιάχοι κομέειν, ὡσεὶ φίλον υἷα γεγωτα·
Τῷ πιθόμην· σὺ δέ μοι περὶ στέρνοισι γεγηθὼς,
Πολλάκι παππάζεσκες, ἔτ' ἄκριτα χείρεσι βάζων·
Καί μευ νηπιέῃσιν ἀπεννεσίῃσι δίηνας
Στήθεα, ἠδὲ χιτῶνας· ἔχον δέ σε χερσὶν ἐμῇσι
Πολλὸν καὶ χαλόων, ἐπεὶ νύ μοι ἦτορ ἐώλπει
Θρέψειν κηδεμονῆα βίου, καὶ γήραος ἄλκαρ·
Καὶ τὰ μὲν ἐλπομένῳ, βαιὸν χρόνον ἔπλετο πάντα·
Νῦν οἴχῃ ἄϊστος ὑπὸ ζόφον· ἀμφὶ δ' ἐμοὶ κῆρ

Αχνυτ'

θυμὸν scribens μιγάθυμον, quod mihi in mentem venit, simul ac locum attigi, antequam Notulas ejus inspexeram: Sed ubi bonus ille μοι retinet, & una cum eo κόρσας, verborum telam texit, quæ plane inversa & perversa est. Ne multis te morer, scribendum autumo certo:

Ὦ πόποι, ὡς ἄρα πάγχυ γέρων ἐν δώμασι Πηλεὺς
Ὀχθήσει μέγα πένθος ἀτερπέϊ γήραϊ κύρσας

Αὐτῇ σὺν φρένι μοι ἀπορραίσει μιγάθυμον.

Sic singula sibi constant. *Pauw.*

459. ὁ γεραιὸς ἄσπετα κωκύεσκεν] Versus requirit ἄσχετα. *Pauw.*

462. Ὤλεό μοι φίλε τέκνον] Ingratum est μοι, ubi continuo sequitur, ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἄφυκτον: An forte legendum Ὤλεό τοι φίλε τέκνον? *Pauw.*

465. Ἄλλο χερειότερόν γ' ἐπήλυθεν] χερειότερόν γε ἐπήλυθεν, vel χερειότερόν ποτ' ἐπήλυθεν. *Rhod.*

466.

At Phœnix grandævus ſupra modum lamentabatur,
Amplexus inſigne Æacidæ magnanimi corpus.
Et lugubre exclamavit ingenti ſapiens cor mœrore excrucians.
Ergo mihi care fili occidiſti, mihique inevitabilem usque luctum
Reliquiſti. Utinam me humus ſuper injecta occuluiſſet,
Priusquam crudelis tui fati ſpectator eſſem. Non enim mihi
Ulla atrocior animum inceſſit calamitas,
Ne quidem cum deſerui patriam meam, placidosque parentes,
Ad Pelea confugiens per Helladem: Qui me ſuſcepit,
Et meritis affecit tantis, ut etiam Dolopibus præficeret:
Atque te per aulam in ulnis geſtans,
Gremio meo repoſuit, & ſolicite juſſit
Infantis curam agere, non ſecus ac ſi filius meus eſſes;
Cui obtemperavi. Tu vero lætus in ſinu meo,
Crebro patrem me vocitabas, labiis adhuc inarticulatam vocem proferens:
Et meum puerili imprudentia madefactabas
Pectus & tunicam; manibusque meis te tenebam,
Gaudio deliburus. Nam cor meum ſpes erexerat,
Curatorem vitæ & ſenectutis præſidium me educaturum.
Et hæc quidem cuncta votis meis exiguo tempore reſpondebant.
Nunc enim ex conſpectu ad (Stygias) tenebras abiiſti: & cor meum

Mi-

466. ἀγαυούς τε τοκῆας] ἀγαυούς τε. *Rhod.*

472. σὺ δέ μοι περὶ στέρνοισι] σὺ δ' ἐμεῖο, vel ἐμοῖσι, vel ἔμοιγε. *Rhod.*

473. ἔτ' ἄκριτα χείρεσι βάζων] χείλεσι. *Rhod.*

474. νηπιέῃσιν ἀπευθεσίῃσι] ὑπ' ἰητσίῃσι. Lectum eſt ex Homero legatione Græcorum ad Achillem, ubi Phœnix ipſe Achilli non ſine pueritiæ probro opponit; quod qui ineptum cenſent, aut immemorabile, ineptiunt ipſi. *Dausq.* Recte Dausquejus: *inſtinctu puerili*: ἀπευθεσίῃσι non eſt Græcum. *Pauw.*

479. Νῦν οἴχῃ ἄϊσος ὑπὸ ζόφον] φον]

Αχνυτ' ὀϊζυρῶς, ἐπειὴ νύ με θυμὸς ἰάπτει
Λευγαλέον· τό με εἴθε καταφθίσειε γοῶντα,
Πρὶν Πηλῆα πυθέσθαι ἀμύμονα, τόν περ ὀΐω
Κωκύσειν ἁλίαστον, ὅτ' ἀμφί ἑ φῆμις ἵκηται·
Οἴκτιστον γὰρ νῶϊν ὑπὲρ σέθεν ἔσσεται ἄλγος,
Πατρί τε σῷ καὶ ἐμοὶ, τοί περ μέγα σεῖο θανόντος
Αχνύμενοι, τάχα γαῖαν ὑπαὶ Διὸς ἄσπετον αἶσαν
Δυσόμεθ' ἐσσυμένως· καί κεν πολὺ λώϊον εἴη,
Η ζώειν ἀπάνευθεν ἀοσσητῆρος ἑοῖο.
Η ῥ' ὁ γέρων, ἁλίαστον ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἀέξων·
Πὰρ δέ οἱ Ατρείδης ὀλοφύρετο δάκρυα χεύων·
Ωμωξεν δ', ὀδύνῃσι μέγ' αἰθόμενος κέαρ ἔνδον·
Ωλεο Πηλείδη Δαναῶν μέγα φέρτατε πάντων,
Ωλεο, καὶ στρατὸν εὐρὺν ἀνεχκέα θῆκας Αχαιῶν·
Ρηΐτεροι δ' ἄρα σεῖο καταφθιμένοιο πελόμεσθα
Δυσμενέεσσι· σὺ δὲ χάρμα πεσὼν Τρώεσσιν ἔθηκας,
Οἳ σε πάρος φοβέοντο, λέονθ' ὡς αἴολα μῆλα·
Νῦν δ' ἐπὶ νηυσὶ θοῇσι λιλαιόμενοι μαχέονται·
Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥὰ καὶ βροτοὺς ψευδέσσι λόγοις
Θέλγεις; ὅς κατένευσας ἐμοὶ Πριάμοιο ἄνακτος
Αστυ διαπραθέειν· νῦν δ' οὐ τελέεις ὡς ὑπέστης,

Αλ-

φον] Νῦν δ' οἴχῃ γὰρ. *Rhod.* Minus ſcite: Legendum potius, Νῦν δ' οἴχῃ κεν ἄϊσος. *Pauw.*

480. ἐπειὴ νύ με θυμὸς ἰάπτει] πέπθος ἰάπτει. *Rhod.* Nihil certius, ut ex ſequenti τὸ etiam apparet. *Pauw.*

486. ὑπαὶ Διὸς ἄσπετον αἶσαν] Caſtiga ὑπὲρ Διὸς ἄσπετον αἶσαν. Homerus Odyſſ. A.

— ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Gloſſulæ: ὑπὲρ τὸ πεπρωμένον. ita nunc præter fatorum diſpoſitionem: quod quemadmodum intelligendum ſit, indicat Gellius Lib. 13. Cap. 1. & Lud. Cœlius Lib. 11. Cap. 38. apud quem *Merita nec morte peribat*, non *debita* leges. Brodæus apud *Dausq.* Recte Brodæus, ubi de morte ex dolore ſermo eſt. *Pauw.*

491. ὀδύνῃσι μέγ' αἰθόμενος κέαρ ἔνδον] μάλ' αἰθόμενος. *Rhod.* μέγα φέρτατε ſequitur ſtatim, ideoque μάλ' recte reponitur pro μέγ', quod in Aldina & Baſileenſi extat: Illa Rhodomanni

Miſeris modis angitur, ſiquidem ægritudo luctus me confecit
Funeſta: quæ utinam me extinguat inter gemitus & lamenta,
Antequam Peleus (hoc) reſciſcat præclarus; Quem exiſtimo
Supra modum lamentis indulturum, cum rumor ad ipſum perferetur.
Miſerrimus enim propter te nobis cruciatus erit,
Patri tuo & mihi, qui nimio tui defuncti (cauſa)
Mœrore confecti forte terram, immutabili Jovis fato,
Subibimus repente: & quidem multo ſatius fuerit,
Quam ſine protectore noſtro vivere.
Dixerat hoc ſenior, infinitum cumulans in pectore luctum:
Quem juxta plangebat lacrymis Atrides profuſis,
Singultusque edebat, dolore cor penitus ſuccenſus:
Interiiſti Pelida, inter omnes Danaos longe præſtantiſſime!
Interiiſti, & lata Græcorum caſtra munimento privaſti.
Faciliores (ſuperatu) nunc ſumus, te extincto,
Hoſtibus; At ruina tua lætitiam Trojanis conciliaſti:
Qui antea te fugerunt, ut diſcolores leonem oves;
Et nunc ad ſubitas naves cupidi inibunt prælia.
Summe pater, tune etiam mortales mendacibus verbis
Decipis? Annuiſti enim mihi, Priami te regis
Urbem exciſurum. Nunc vero non præſtas, quæ recepiſti:

Sed

manni μέλ' Operarum incuria. αἰθόμενος κῆρ de dolore notes. *Pauw.*

494. σεῖο καταφθιμένοιο πελόμεσθα] καταφθιμένου. *Rhod.*

495. Δυσμενέεσσι· σὺ δὲ χάρμα] Δυσμενέσσι· σὺ δὲ. *Rhod.*

497. λελαιόμενοι μαχέονται] μαχέσονται: Verſio Latina recte, *cupidi inibunt prælia. Pauw.*

498. Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥὰ καὶ βροτοὺς] Emenda, ἦ ῥά νυ καὶ σὺ βροτοὺς ψευδέσσι λόγοισι. *Rhod.*

499. Πριάμοιο ἄνακτος] Poſt Πριάμοιο repoſui ἄνακτος, reductum ex initio ſequentis verſus. *Rhod.* Ubi male ſcilicet in Aldina & Baſileenſi moratur, huic appicta ſtellula. *Pauw.*

500. νῦν δ' οὐ τελέεις ὡς ὑπέ-

σης]

Αλλὰ λίαν ἀκάχησας ἐμὰς φρένας· οὐ γὰρ οἴω
Εὐρέμεναι πολέμοιο τέκμωρ φθιμένου Αχιλῆος.
Ως ἔφατ', ἀχνύμενος κέαρ ἔνδοθεν· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Κώκυον ἐκ θυμοῖο θρασὺν περὶ Πηλείωνα·
Τοῖς δ' ἄρ' ἐπεβρόμεον νῆες παραμυρομένοισιν· 505
Ηχὴ δ' ἄσπετος ὦρτο δι' αἰθέρος ἀκαμάτοιο·
Ως δ' ὅτε κύματα μακρὰ βίῃ μεγάλου ἀνέμοιο
Ορνύμεν' ἐκ πόντοιο, πρὸς ἠϊόνας φορέονται
Σμερδαλέον, πάντῃ δὲ προσαγνυμένης ἁλὸς αἰεί,
Ακταὶ ὁμῶς ῥηγμῖσιν ἀπειρέσιαι βοόωσι· 510
Τοῖος ἄρ' ἀμφὶ νέκυν Δαναῶν στόνος αἰνὸς ὀρώρει,
Μυρομένων ἄλληκτον ἀταρβέα Πηλείωνα.
Καί σφιν ὀδυρομένοισι τάχ' ἤλυθε κυανέη νὺξ,
Εἰ μὴ ἄρ' Ατρείδην προσεφώνεε Νηλέος υἱὸς
Νέστωρ, ὅς ῥά τ' ἔχεσκεν ἐνὶ φρεσὶ μυρίον ἄλγος, 515
Μνησάμενος σφοῦ παιδὸς ἐϋφρονος Αντιλόχοιο·
Αργείων σκηπτοῦχε μέγα κρατέων Αγάμεμνον,
Νῦν μὲν ἀποσχώμεσθα δυσηχέος αἶψα γόοιο
Σήμερον· οὐ γὰρ ἔτ' αὖθις ἐρωήσει τις Αχαιοὺς
Κλαυθμοῦ ἄδην κορέσασθαι, ἐπ' ἤματα πολλὰ γοῶντας· 520
Αλλ' ἄγε δὴ βρότον αἰνὸν ἀταρβέος Αἰακίδαο
Λούσαντες, λεχέεσσιν ἐνὶ θείομεν· οὐ γὰρ ἔοικεν
Αἰσχύνειν ἐπὶ δηρὸν ἀκηδείῃσι θανόντας.
Καὶ τὰ μὲν ὡς ἐπέτελλε περίφρων Νηλέος υἱός·
Αὐτὰρ ὃ, οἷς ἑτάροισιν ἐπισπέρχων ἐκέλευεν, 525

Υδα-

θεις] ὃσ' ὑπέσης. *Rhod.*

505. Τοῖς δ' ἄρ' ἐπεβρόμεον νῆες παραμυρομένοισιν] ἔννοια frigida & inepta, nisi de Echo cogites, quam reddebant naves lacrymantibus & gementibus. Pro παραμυρομένοισιν nonne scribendum παρὰ μυρομένοισιν, ut παρὰ sit loco adverbii, & *juxta* denotet? *Rauv.*

510. ἀπειρέσιαι βοόωσι] Mallem ἀπειρέσια, ut nota boatus adsit, sicuti φορέονται σμερδαλέον præcessit eodem tenore. *Rauv.*

512. Μυρομένων ἄλληκτον ἀταρβέα Πηλείωνα] Versus Tautologus

Sed magna pectus meum ægritudine afficis. Non enim arbitror
Belli finem me inventurum, defuncto Achille.
Sic ait intimo corde perturbatus. Tum undique populus
Ex animo deplorabat fortem Pelidam,
Horumque plangori naves fremitu respondebant adeo,
Ut clamor ingens per altum æthera surgeret:
Ut cum vasti fluctus, magni venti turbine
E mari commoti, ad littora feruntur
Horrendum in modum; passimque continua sali allisione,
Promontoria immensa & crepidines reboant:
Tam horrenda Danaum lamentatio excitabatur circa cadaver;
Dum sine modo & fine deplorant imperterritum Pelidam.
Et fusca nox plorantes forte oppressisset:
Nisi Atriden (his) dictis aggressus fuisset Neleo genitus
Nestor; Qui tamen infinitum in animo luctum gerebat,
Reminiscens filii sui cordati Antilochi.
Argivum Imperator Agamemnon potentia excellens,
Nunc desistamus confestim a lamentoso planctu,
Hoc quidem die. Nemo enim posthac Achivos inhibebit,
Quo minus fletu se exsatient, per multos dies lamentantes.
Sed agedum, simulac fœdum intrepido Æacidæ cruorem
Abluerimus, lecto (eum) imponamus; non enim decet
Diuturna (sepulturæ) neglectione mortuos dehonestare.
Hæc ita præcepta dedit prudens Nelei filius.
Cæterum rex familiares suos sine mora jussit,

Mox

logus hic & otiosus. pro ἄληκτον legendum etiam ἄλληκτον. *Pauw.*

522 Λούσαντες, λεχέεσσιν ἐνὶ θείομεν | λεχέεσσ᾽ vel λέκτροις. *Rhod.* Hic demum Achillis cadaver curatur ad sepulturam: Et sic male scriptum est supra V. 385. Ἀμφὶ νέκυν ποτέοντο ἀπείριτον, εὖτε φέροντες Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι: Id certum & perspicuum jam ex hisce. Scribendum igitur ibi,

Τοὔνεκά μιν βασιλῆες ἀπὸ πτολέμου ἐρύσαντες,
Ἀμφὶ νέκυν ποτέοντο ἀπείριτον, ὄφρα φέροντες
Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι &c.

Cum

Ὑδατος ἐν πυρὶ θέντες ἄφαρ κρυεροῖο λέοντος
Θερμῆναι, λοῦσαί τε νέκυν, περί θ' εἵματα ἕσσαι
Καλὰ, τά οἱ πόρε παιδὶ φίλῳ ἁλιπόρφυρα μητὴρ
Ες Τροίην ἀνίοντι· θοῶς δ' ἐπίθησαν ἄνακτι·
Ενδυκέως δ' ἄρα πάντες πονησάμενοι, κατὰ κόσμον
Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι δεδουπότα Πηλείωνα·
Τόν δ' ἐσιδοῦσ' ἐλέησε περίφρων Τριτογένεια·
Στάζε δ' ἄρ' ἀμβροσίην κατὰ κρατὸς, ἣν ὁρα φασι
Δηρὸν ἐρυκακέειν νεαρὸν χρόα κηρὶ δαμέντων·
Θῆκε δ' ἄρ' ἐρσήεντα, καὶ εἴκελον ἀμπνείουσι·
Σμερδαλέον δ' ἄρα τεῦξεν ἐπισκύνιον περὶ νεκρῷ·
Οἷον ὅτ' ἀμφ' ἑτάροιο δαϊκταμένου Πατρόκλοιο
Χωομένου ἐπέκειτο κατὰ βλοσυροῖο πρόσωπου·
Βριθύτερον δ' ἄρα θῆκε δέμας, καὶ ἄρειον ἰδέσθαι·
Αργείους δ' ἔλε θάμβος, ὁμιλαδὸν ἀθρήσαντας
Πηλείδην, ζώοντι πανείκελον· ὅς ῥ' ἐπὶ λέκτροιο
Εκχύμενος, μάλα πουλὺς, ἄδην εὕδοντι ἐῴκει·
Αμφὶ δέ μιν μογεραὶ λητίδες, ἃς ῥά ποτ' αὐτὸς
Λῆμνόν τε ζαθέην, Κιλίκων τ' αἰπὺ πτολίεθρον
Θήβην Ηετίωνος ἑλὼν, λήισατο κούρας,
Ιστάμεναι γοάασκον, ἀμύσσουσαι χρόα καλὸν·
Στήθεά τ' ἀμφοτέρῃσι πεπληγυῖαι παλάμῃσιν,
Εκ θυμοῦ στενάχεσκον εὔφρονα Πηλείωνα·
Τὰς γὰρ δὴ τίεσκε, καὶ ἐκ δηΐων περ ἐούσας.

Πα-

Cum Achillis cadaver ex acie & cadaverum acervis extraxiſſent proceres, id ferre voluerunt ipſi ad tentorium defuncti: In eo labor ibi, & procerum cura: Vides? Sic utroque loco diverſa dicuntur, & nihil in illis eſt, quod cuiquam diſplicere poteſt. *Pauw.*

526. *Ὑδατος ἐν πυρὶ θέντες ἄφαρ κρυεροῖο λέοντος*] Pro *λέοντος* legendum *λέβητας*. *Rhod.* Nihil propius ſuccurrit. Pro *θέντες* ſcribendum *θέντας*: Nam caſus primus in hac verborum ſtructura non convenit. *Pauw.*

530. *Ενδυκέως δ' ἄρα πάντες πονησάμενοι*] *πάντα πονησάμενοι*. *Rhod.*

532. *Τόν δ' ἐσιδοῦσ'*] Ut Supra

Mox frigidæ aquæ ollas igni appoſitas
Calefacere, & cadaver abluere, & veſtibus amicire
Pulcris, quas purpura tinctas caro filio dederat mater,
Trojam proficiſcenti; Celeriter itaque paruerunt Domino.
Cumque ſtudioſe omnia, ut decebat, adminiſtraſſent,
In tabernaculo cæſum Pelidam depoſuerunt.
Quem viſum ſolers Pallas miſeratur,
Ambroſiamque in caput ſtillat: Quam perhibent
Corpus morte extinctorum diu recens (a putredine) ſervare:
Facitque rorulentum, & ſpirantibus ſimilem:
Supercilia etiam in mortuo truculenta reddidit,
Qualia prius, ob Patroclum ſodalem interfectum
Irati, in atroci vultu reſidebant:
Adhæc magnificentius & oculis ſpectantium præſtabilius Achillis corpus exhibet.
Argivos igitur ſtupor ſubiit catervatim ſpectantes
Pelidam viventi ſimilem: Qui in lecto
Experrectus, ad inſignem amplitudinem, dormientis plane formam repræſentaret.
Et prope illum laborioſæ ancillæ, quas ipſe quondam
Lemnum ſacram, & altam Cilicum urbem,
Theben Eetionis, expugnans ceperat puellas,
Stantes lugebant adeo, ut formoſum corpus ſibi lacerarent,
Et pectora utraque tundentes palma,
Ex animo deflebant benevolum Pelidam:
Has enim honeſto loco habuerat, quamvis ex hoſtibus natas.

Ante

pra V. 427. ſuſpicabamur *παῖδ' ἐπιδέρκων. Pauw.*

533. *ἀμβροσίην κατὰ κρατὸς, ἣν ὄρα φασι*] *κατὰ κράατος, ἣν ἄρα φασι. Rhod.*

535. *καὶ εἴκελον ἀμπνείουσι*] Malim *ἀμπνείοντι. Pauw.*

538. *Χωομένου ἐπέκειτο*] Ubi tot caſus ſunt patrii, legere præſtat *Χωομένῳ. Pauw.*

541. *ζώοντι παρείκελον*] Ita appoſite hic: *εὕδοντι ἐώικει* etiam ſequitur. *Pauw.*

Ibid. *ὃς ῥ' ἐπὶ λέκτροιο*] *ὃς ῥ' ἐπὶ*

Πασάων δ' ἔκπαγλον ἀκηχεμένη κέαρ ἔνδον
Βρισηΐς, παράκοιτις ἐϋπτολέμου Ἀχιλῆος,
Ἀμφὶ νέκυν στρωφᾶτο, καὶ ἀμφοτέρῃς παλάμῃσι
Δρυπτομένη χρόα καλὸν, ἀΰτεεν· ἐκ δ' ἀπαλοῖο
Στήθεος αἱματόεσσαι ἀνὰ σμώδιγγες ἄερθεν
Θεινομένης· ἀγλαΐη δὲ καὶ ἀχνυμένης ἀλεγεινῆς
Ἱμερόεις μάρμαιρε· χάρις δέ οἱ ἄμφεχεν εἶδος·
Τοῖον δ' ἔκφατο μῦθον ὀϊζυρὸν γοάωσα·
Ὤ μοι ἐγὼ πάντων περιώσιον αἰνὰ παθοῦσα·
Οὐ γάρ μοι τόσσον περ ἐπήλυθεν ἄλλοτε πῆμα,
Οὔτε κασιγνήτων, οὔτ' εὐρυχώροιο πάτρης,
Ὅσσον σεῖο θανόντος· ἐπεὶ σύ μοι ἱερὸν ἦμαρ,
Καὶ φάος ἠελίοιο πέλες, καὶ μείλιχος αἰών·
Ἐλπωρή τ' ἀγαθοῖο, καὶ ἄσπετον ἄλκαρ ἀνίης·
Πάσης τ' ἀγλαΐης πολὺ φέρτερος, ἠδὲ τοκήων
Ἔπλεο· πάντα γὰρ οἷος ἐὴς δμωῇ περ ἐούσῃ·
Καί ῥά μ' ἔθηκας ἄκοιτιν, ἑλὼν ἀπὸ δούλια ἔργα·
Νῦν δέ τις ἐν νήεσσιν Ἀχαιῶν ἄξεται ἄλλος
Σπάρτην εἰς ἐρίβωλον, ἢ ἐς πολυδίψιον Ἄργος·
Καὶ νύ κεν ἀμφιπολεῦσα, κακὰς ὑποτλήσομ' ἀνίας
Σεῦ ἀπονοσφισθεῖσα δυσάμορος· ὡς ὄφελόν μοι
Γαῖα χυτὴ ἐκάλυψε, πάρος σέο πότμον ἰδέσθαι.
Ὡς ἡ μὲν δμηθέντ' ὀλοφύρετο Πηλείωνα
Δμωῇς σὺν μογερῇσι, καὶ ἀχνυμένοισιν Ἀχαιοῖς,

Mu-

ἐπὶ λίκτροις. *Rhod.*

554. *ἀνὰ σμώδιγγες ἄερθεν*] Nescio an illæ assurgant in pectore, quando palmis percutitur in planctu: de flagris alia res est. *Pauw.*

555. *ἀγλαΐη δὲ καὶ ἀχνυμένης ἀλιγεινῆς*] *αἴγλη δὲ καὶ ἀχνυμένης ἀλιγεινὴν. Rhod.* Recte *αἴγλη*: Pro *ἀλιγεινὴν* mallem *ἀλιγεινῶς*, ubi e vestigio sequitur *ἱμερόεν*, ut ista discrepent, quantum pote. *Pauw.*

556. *Ἱμερόεις μάρμαιρε*] *Ἱμερόεν. Rhod.* Probe, ut jam subindicavi. *Pauw.*

560. *Οὔτε κασιγνήτων, οὔτ' εὐρυχώροιο πάτρης*] *εὐρυχόρου πατρὸς*, vel

Ante omnes autem intimo pectore conturbata
Briſeïs, uxor bello probati Achillis,
Circa cadaver verſatur, & utrinque manibus
Honeſtum corpus lancinans vociferatur, eque tenero
Pectore cruentæ vibices turgeſcunt
Plangentis ſeſe, ſed tamen formæ ſplendor ex ipſa,
licet ſummo dolore cruciaretur,
Amabiliter elucet, & gratia vultum ambit.
Hæc autem verba edidit, miſerabiliter ingemiſcens.
Heu mihi, quæ omnium triſtiſſimis nunc affecta ſum
cladibus.
Non enim unquam tanta me calamitas invaſit,
Nec germanorum nec amplæ patriæ cauſa,
Quanta te fatis concedente. Nam tu mihi feſta dies;
Et ſolis lumen; jucundumque ævum;
Spes etiam (omnis) boni; & ingens curarum levamen;
Splendore omni atque parentibus ipſis optabilior
Eras. Solus enim mihi omnia fuiſti, licet ſerva (tua)
eſſem.
Adhæc me uxoris loco habuiſti, ſervilibus miniſteriis
exemptam:
At nunc in navibus alius quiſpiam Achivum me ab-
ducet,
In fertilem Spartam, aut ſiticuloſum Argos,
Atque ancillæ officio fungens, triſtes perferam dolores,
Te orbata, infelix. utinam me vero
Terra effoſſa abſcondidiſſet, antequam fati tui ſpecta-
trix fuiſſem.
Ita hæc cæſum deplorabat Peliden
Cum miſeris ancillis, & mœſtis Achivis,

Plan-

vel εὐρυχόροιότε πάτρης, ut περὶ ſubintelligatur. *Rhod.* Expleo, εὐρυχόροιο πάτρης μεῦ. *Dausq.* Verba non cohærent, ut debent, Verſusque non eſt integer: Rhodomanni περὶ non placet: Nam quid πῆμα περὶ πάτρης? Itane loquuntur Græci? Haud puto: Scribendum ſuſpicor, Οὔτε κατιγνήται, οὔτ' εὐρυχόρου ἀπὸ πάτρης. Hoc bonum & appoſitum. *Rauw.*

570. Σεῦ ἀποτορθιεθεῖσα δυσάμορος· ὡς ὄφελόν μοι] δυσάμορος.

Μυρομένη καὶ ἄνακτα, καὶ ἀνέρα· τῆς ἀλεγεινὸν
Οὔποτ' ἐτέρσετο δάκρυ, καλείβετο δ' ἄχρις ἐπ' οὔδας
Ἐκ βλεφάρων, ἀσείτε μέλαν κατὰ πίδακος ὕδωρ
Πετραίης, ἧς πουλὺς ὕπερ παγετός τε, χιών τε
Ἐκκέχυται στυφελοῖο κατ' οὔδεος, ἀμφὶ δὲ πάχνη
Γήκεθ' ὁμῶς Εὔρῳ τε, καὶ ἠελίοιο βολῇσι·
Καὶ τότε δή ῥ' ἐσάκουσαν ὀρινομένοιο *
Θυγατέρες Νηρῆος, ὅσαι μέγα βένθος ἔχουσι·
Πάσῃσιν δ' ἀλεγεινὸν ὑπὸ κραδίην πέσεν ἄλγος·
Οἰκτρὸν δ' ἐστονάχησαν· ἐπίαχε δ' Ελλήσποντος·
Ἀμφὶ δὲ κυανέοισι καλυψάμεναι χρόα πέπλοις,
Ἐσσυμένως οἵμησαν, ὅπῃ στόλος ἔπλετ' Ἀχαιῶν,
Πανσυδίῃ πολιοῖο δι' οἴδματος· ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
Νισσομένῃσι θάλασσα διίσταλο· ταί δ' ἐφέροντο
Κλαγγηδὸν, κραιπνῇσιν ἐειδόμεναι γεράνοισιν,
Ὀσσόμεναι μέγα χεῖμα· περιστενάχοντο δὲ λυγρὸν
Κήτεα μυρομένῃσιν· ἴδαν δ' ἄφαρ ἦχι νέοντο,

Παῖ-

μορος· ὡς ὄφελον με. *Rhod.*

574. τῆς ἀλεγεινὸν Οὔποτ' ἐτέρσετο δάκρυ] Malim copulate, τῆς δ' ἀλεγεινὸν. *Pauw.*

577. ἧς πουλὺς ὕπερ παγετός &c.] Ordo eſt, ὑπὲρ ἧς κατ' οὔδεος στυφελοῖο πουλὺς παγετός τε χιών τε ἐκκέχυται, *ſupra quem in ſolo aſpero multum glaciei & nivis dejectum & effuſum jacet:* οὖδος στυφελὸν eſt ſolum ipſius petræ; petræ ſuperficies, altior fonte, & unde humor ad fontem defluit: In illa ſuperficie aſpera nix & glacies jacet, quæ liqueſcens vento molli & ſole calido, aquam præbet fonti ſalienti. Interpres ambigue & obſcure. *Pauw.*

578. ἀμφὶ δὲ πάχνη] Male abundat πάχνη, ubi παγετός præceſſit una cum nive. *Pauw.*

580. ἐσάκουσαν ὀρινομένοιο *] Supple in fine γόοιο. *Rhod.*

584. κυανέοισι καλυψάμεναι χρόα πέπλοις] κυανέοισι Interpres vertit *cæruleis:* Non bene: Is enim color maris, & minime lugubris: Quare *nigris, atris,* malo hic. *Pauw.*

586. ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν Νισσομένῃσι θάλασσα διίσατο] Cui bono hoc miraculum, & quidem in gratiam Nereidum, quæ in mari vivebant & habitabant? An intempeſtive alludit ad aliud Chriſtianis non ignotum? *Pauw.*

589.

Plangens & dominum & virum: ejuſque acerba
Lacryma nunquam ſiccabatur, ſed ad ſolum uſque deſtillabat
E palpebris; Veluti nigra unda de fonte,
Qui ex petra ſcaturit, ſupra quem glacies & nix
Effunditur ad duram terram, & circumquaque humor concretus
Ab Euro pariter & radiis ſolis liquefactatur.
Tunc vero exaudierunt planctum increbreſcentem
Filiæ Nerei, quæ vaſtum maris gurgitem tenent;
Omnibusque amarus in pectus dolor incubuit;
Et queſtus miſerabiles ediderunt, adeo ut Helleſpontus reſonaret.
Cæruleis igitur corpora peplis velatæ,
Raptim contendunt, ubi claſſis Achivum ſtabat,
Per canos fluctus toto agmine, circumque illas
Viam facientes mare diſcedit; Et feruntur ipſæ
Cum clangore, inſtar gruum citarum,
Quæ duram hyemem præſentiſcunt. Ac triſte gemunt circum
Plorantes balenæ. Statim igitur venerunt quo contendebant,

For-

589. Ὀσσόμενται μίγα χεῖμα] Ὀσσομέναις. *Rhod.* Mira hæc comparatio Nereidum cum gruibus. *Pauw.*

590. μορομένῃσιν] An ſic ſatis aptum eſt præcedens κλαγγηδὸν abſolute? Attende, quæſo. *Pauw.*

Ibid. ἴσαν δ' ἄφαρ ἦχι νέοντο] Interpretor, *Pervenerunt quo iter intendebant.* Brodæus νοοῦντο. Fors, ἦ καλέοντο, aut ἦχι ἴδοντο. *Dausq.* Ineptit vulgata: Nam Græca dicunt, *iverunt autem ſtatim, quo ibant:* Neque audiendi ſunt Interpretes, qui alia comminiſcuntur ad captum ſuum: ἴσαν & νέοντο non differunt, eaque ita juncta ineptias alunt; Id certum. Brodæus νοοῦντο legebat pro νέοντο: Perperam & absque judicio: Nam jam antea dictum eſt, eas iviſſe cito, quo deſtinabant. Dausqueji inaniæ indignæ ſunt, quæ refutentur vel verbo uno. Aliud requiritur: Scribendum opinor plane, ἴσαν δ' ἄφαρ ἦχι νέοντο, *erant vero ſtatim, quo tendebant:* Hoc facile, & conveniens hic: Adventum enim, non iter, ſententia aperte deſiderat: Pueri vident, ſi attendant. *Pauw.*

Παῖδα καϛίγνητον κρατερόφρονα κωκύουσαι
Εκπάγλως. Μοῦσαι δὲ θοῶς Ελικῶνα λιποῦσαι,
Ηλυθον, ἄλγος ἄλαστον ἐνὶ στέρνοισιν ἔχουσαι,
Αρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι Νηρηΐνῃ.
Ζεὺς δὲ μέγ' Αργείοισι, καὶ ἄτρομον ὤμβαλε θάρσος,
Οφρα μὴ ἐσθλὸν ὅμιλον ὑποδδείσωσι θεάων,
Αμφαδὸν ἀθρήσαντες ἀνὰ στρατόν· αἱ δ' Αχιλῆος
Αμφὶ νέκυν στενάχοντο καὶ ἀθάνατοί περ ἐοῦσαι,
Πᾶσαι ὁμῶς· ἀκταὶ δὲ περίαχον Ελλησπόντου·
Δεύετο δὲ χθὼν πᾶσα περὶ νέκυν Αἰακίδαο
Δάκρυσι, καὶ μέγα πένθος ἐνέστενεν· ἀμφὶ δὲ λαῶν
Μυρομένων, δάκρυσι φορύνετο τεύχεα πάντα,
Καὶ κλισίαι, καὶ νῆες, ἐπεὶ μέγα πένθος ὀρώρει.
Μητὴρ δ' ἀμφιχυθεῖσα, κύσε στόμα Πηλείωνος,
Παιδὸς ἑοῦ, καὶ τοῖον ἔπος φάτο δακρυχέουσα·
Γηθείτω ῥοδόπεπλος ἀν' οὐρανὸν Ηριγένεια·
Γηθείτω Φρεσὶν ἧσι μεθεὶς χόλον Αστεροπαίου
Αξιος εὐρέεθρος, ἰδὲ Πριάμοιο γενέθλη·

591. *Παῖδα καϛίγνητον κρατερόφρονα*] *καϛιγνήτης. Rhod.* Rhodomannus *καϛιγνήτης.* Promtum mihi, unde firmem: Magis tamen arridet, *Παῖδα κάστιν τι ἐὸν.* Heſychius, *Κάστις, ἡλικιώτης.* Ac ſi Nereides Achille puſione luſitaverint, eumque in amoribus habuerint aliquando. *Dauſq.* Perbene Rhodomannus *καϛιγνήτης*: Dausquejum cum ſuis deliciis ad puſiones ablego. *Pauw.*

594. *Αρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι Νηρηΐνῃ*] Interpres, *Ut honorem hunc deferrent* &c. An id ſignificat *ἀρνύμεναι*? Neſcio, & exemplum requiro. An forte ſcribendum, *Αρτάμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι Νηρηΐνῃ*? Heſychius, *Αρτάμεναι, ποιοῦται. ἄρειν* & *ἄρεσθαι* ſcilicet verbum eſt, quod generaliter de omnibus illis dicitur, qui aliquid, quodcunque demum ſit, apte & congruenter faciunt. *Pauw.*

601. *καὶ μέγα πένθος ἐνέστενεν*] *πόντος* vel *βένθος* pro *πένθος. Rhod.* Hæc mendum ingenue profitentur. Rhodomannus, *καὶ μέγα πόντος ἐνέστενεν*: Quod hic minus conveniens eſt, ubi præcedit *ἀκταὶ δὲ περίαχον Ελλησπόντου*: Nam ſic littora maris & ipſum mare perperam ſeparantur, & Calaber de mari agit loco alieno, ubi id nemo accuratior exſpectaſſet. An ita tamen

Fortem ſororis filium lugentes
Efflictim. Muſæ etiam, ſubito Helicone relicto,
Acceſſerunt, magnum in corde dolorem geſtantes;
Ut honorem (hunc) deferrent Thetidi, pulcros oculorum orbes habenti:
Jupiter vero magnam & ſecuram Argivis fiduciam indidit,
Ut ne amicum Dearum agmen formidarent,
Aperte viſum in caſtris: Quæ (tum) Achillis
Circa exanime corpus ſuſpiria trahebant, quamvis Divæ immortales eſſent,
Simul omnes, adeo ut littora Helleſponti ſonitu lamentorum miſcerentur.
Tunc vero omne ſolum circa Æacidæ cadaver immadeſcit
Lacrymis, & pontus valde ingemit; populique
Lugentis arma lacrymis tota fœdantur:
Nec non papiliones & naves: Siquidem ingens commotus erat luctus.
Porro mater in Pelidæ amplexum fuſa, oſcula impreſſit ori
Filii ſui, & hanc lacrymans querimoniam protulit.
Lætetur per Cœlum Aurora, roſeo inſignis peplo;
Lætetur animo ſuo, iræ propter Aſteropæum valedicens
Axius latifluus, & Priami genus.

At

tamen Auctor, qui ubique non eſt æque exactus? Sit ita, per me licet: Dubito tamen, quia aliud melius mihi ſuppetit: Legamus enim, *καὶ μέγα πίνθει* vel *πένθεσ' ἰνέσινεν*, *& valde ingemiſcebat dolore, excitato dolore ad gemitus profundiſſimos adigebatur*, ſic & ſententia erit apta, & miſſo Oceano hæc apte cum *δεύετο χθὼν* cohærebunt. Erunt, qui ſic ſcripturi ſunt, *καὶ μέγα πίνθει* vel *πένθεσ' ἰπέσσεν*: Sed id non neceſſe, & minus etiam Emphaticum, niſi fallor. Rhodomanni *βένθος* caſſa nuce non eſt dignum, ideoque alterum ſumſi ſciens. *Pauw.*

602. *δάκρυσι Φορύνετο*] *δακρύεσσι. Rhod.*

603. *Καὶ κλισίαι, καὶ νῆες*] Hoc nimium & ineptum. *Pauw.*

608. *Ἄξιος εὐρύεθρος, ἰδὲ Πριάμοιο γενέθλη*] *εὐρυρέεθρος. Rhod.* Amplector *εὐρύεθρος. εὐρύεθρος* eſt pulcre fluens, vel cujus pulcra

Λὐτὰρ ἐγὼ πρὸς Ολυμπον ἀφίξομαι· ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
Κείσομαι ἀθανάτοιο Διὸς μεγάλα στενάχουσα,
Οὕνεκά μ' οὐκ ἐθέλουσαν ὑπ' ἀνέρι δῶκε δαμῆναι,
Ανέρι, ὃν τάχα γῆρας ἀμείλιχον ἀμφὶ μέμαρφε,
Κῆρές τ' ἐγγὺς ἔασι, τέλος θανάτοιο φέρουσαι·
Αλλά μοι οὐ κείνοιο μέλει τόσον, ὡς Αχιλῆος,
Ον μοι Ζεὺς κατένευσεν, ἐν Αἰακίδαο δόμοισιν
Ιφθιμον θήσειν, ἐπεὶ οὔτι μοι ἤνδανεν εὐνή·
Αλλοτε μὲν ζαὴς ἄνεμος πέλον, ἄλλοτε δ' ὕδωρ,
Αλλοτε δ' οἰωνῷ ἐναλίγκιος, ἢ πυρὸς ὁρμῇ·
Οὐδέ μοι θνητὸς ἀνὴρ δύνατ' ἐν λεχέεσσι μιγῆναι
Γιγνομένῃ, ὅσα γῆ, καὶ οὐρανὸς ἐντὸς ἐέργει,
Μέσφ' ὅτε μοι κατένευσεν Ολύμπιος υἱέα δῖον
Εκπαγλον θήσειν, καὶ ἀρήϊον· ἀλλὰ τὰ μέν που,
Ατρεχέως ἐτέλεσσεν· ὁ γὰρ πέλε φέρτατος ἀνδρῶν·
Αλλά μιν ὠκύμορον ποιήσατο, καί μ' ἀκάχησεν·
Τοὔνεκ' ἐς οὐρανὸν εἶμι· Διὸς δ' ἐς δῶματ' ἰοῦσα,
Κωκύσω φίλον υἱα, καὶ ὁππόσα πρόσθ' ἐμόγησα
Αμφ' αὐτῷ, καὶ παισὶν ἀειρέα τειρομένοισιν,

Μή-

sunt fluenta, quo nomine Calabro fluvium cantari ex Homero perſuadeor in Catalogo:

Αξιὸς, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπιχέεται αἴῃ.

Tunc ſcribes, ἠδὲ Πριάμοιο γενέθλη, non ἰδὲ. Non tamen rejiculum, quod Brodæus reſtituit, εὐρυρέεθρος, exque Homeri Iliade 2. & 21. poteſt adſciri: — ἀπ' Αξίου εὐρὺ ῥέοντος. Porro utrumque fuit: Axius late fluebat, & belle: utrum ſignificarit Calaber e dictione cenſendum. Cur autem Thetis id dicat, ratio eſt: quia Pyrachmus Pæonum ductor cæſus ab Achille: quo Achille cæſo, poſſit Pæonia videri lætior, quæ ſignificatur Axii ſui nobilioris fluvii nomine. *Dausq.* Haud dubie legendum cum Rhodomanno & Brodæo εὐρυρέεθρος. Quod de Pyrachmo ſcribit bonus Dausquejus, ſomnians, credo, ſcripſit: Nam Aſteropæum hic diſerte habet ipſe Quintus, iſque interfectus fuit ab Achille, non Pyrachmus, quem Patroclus interfecit, cum Achilles adhuc iratus a bello abſtineret Pueri ſciunt ex Iliad. Π. & Φ. *Pauw.*

612.

At ego ad Olympum me conferam, & ad pedes
Jovis immortalis procidam magno cum gemitu,
Quod me invitam viro comprimendam dedit,
(Et tali) viro, quem triſtis ſubito corripuit ſenectus.
Itaque mortis finem adducentia jam fata pro foribus adſtant.
Veruntamen hujus cura non tam afficior, quam Achillis:
Quem mihi in Æacidæ Jupiter aula promiſit; ſe
Fortem effecturum: cum diſpliceret mihi connubium (illud.)
Nunc enim nimbiſonus eram ventus, nunc aqua,
Modo volucrem ſimulabam, aut ignis concitati æſtum.
Nec mihi vir hic poterat thoro jungi,
Quod transformarer in omnia, quæ tellus, & cœlum in ſe complectitur:
Donec nutu mihi confirmavit rex Superum, ſe filium (meum) nobilem
Et formæ majeſtate & belli gloria inſigniturum; Atque hæc quidem
Vere præſtitit. Nam præſtantiſſimus virorum evaſit.
At ſubito illum fato obnoxium fecit, mihique luctum acerbiſſimum conciliavit.
Ideo cœlum peto Jovisque ingreſſa palatium,
Deplorabo cariſſimum natum; Et quos labores ſuſtinuerim
Pro ipſo, filiisque indigna ſorte vexatis,

In

612. γῆρας ἀμείλιχον ἀμφὶ μιμαῤῥῶς] ἀμφιμίμαρπτε. *Rhod.* Cur ἀμφιμίμαρῤῥῶς aſpernatus eſt Rhodomannus? *Pauw.*

619. Οὐδέ μοι θνητὸς ἀνὴρ δύναται ἐν &c.] Vitiatus eſt Verſus: Lege pro θνητὸς, οὗτος vel οὔτις. Aut ſic caſtiga: Οὐδὲ μὲ θνητὸς ἄνηρ δύναται ἐν λεχέεσσι δαμάζειν γιγνομένην: Vel ita ſcribendum, Οὔ μοι θνητὸς. *Rhod.* Scribe, Οὐδὲ θνητὸς ἀνὴρ, vel Οὐδέ μοι οὔτις ἀνὴρ. *Dausq.* An hic Amphimacer non eſt pro Dactylo vel Spondeo? Id equidem credo: Nam conacta ſunt, quæ Rhodomannus & Dausquejus ſubſtituunt, nihilque naturalius vulgata. *Pauw.*

620. ὅτε γῆ, καὶ οὐρανὸς ἐν τὸς ἔεργει] γαῖα καὶ οὐρανὸς. *Rhod.* Neſcio quare: Nam Spondeus ibi non vitiat, & mollius fere eſt vulgivagum. *Pauw.*

Μνήσω ἀκηχεμένη, ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνω.
Ὡς ἔφατ', αἰνὰ γοῶσ' ἀλίη Θέτις· ἡ δέ οἱ αὐτὴ
Καλλιόπη φάτο μῦθον, ἀνηρεμένη φρεσὶ θυμὸν·
Ἰσχεο κωκυτοῖο θεὰ Θέτι, μήδ' ἀλίουσα,
Εἵνεκα παιδὸς ἑοῖο θεῶν μεδέοντι καὶ ἀνδρῶν
Σκύζεο· καὶ γὰρ Ζηνὸς ἐριβρεμέταο ἄνακτος
Υἷες ὁμῶς ἀπόλοντο, κακὴ περὶ κῆρι δαμέντες·
Κάτθανε δ' υἱὸς ἐμοῖο, καὶ αὐτῆς ἀθανάτοιο,
Ὀρφεύς, οὗ μολπῇσιν ἐφέσπετο πᾶσα μὲν ὕλη,
Πᾶσα δ' ἄρ' ὀκρυόεσσα πέτρη, ποταμῶν τε ῥέεθρα,
Πτοιαί τε λιγέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀέντων,
Οἰωνοί τε θοῇσι διεσσύμενοι πτερύγεσσιν·
Ἀλλ' ἔτλην μέγα πένθος, ἐπεὶ θεὸν οὔτιν' ἔοικεν
Πένθεσι λευγαλέοισι καὶ ἄλγεϊ θυμὸν ἀχεύειν·
Τῷ σε καὶ ἀχνυμένην μεθέτω χόλος υἱέος ἐσθλοῦ·
Καὶ γάρ οἱ κλέος αἰὲν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ,
Καὶ μένος ἀείσουσιν, ἐμῇ ἰοτῆτι καὶ ἄλλων
Πιερίδων· σὺ δὲ μή τι κελαινῷ πένθεϊ θυμὸν
Δάμνασο, θηλυτέρῃσιν ἴσον γοόωσα γυναιξίν·
Ἦ οὐκ ἀΐεις ὅτι πάντας, ὅσοι χθονὶ ναιετάουσιν,
Ἀνθρώπους, ὀλοὴ περιπέπταται ἄσχετος αἶσα,
Οὐδὲ θεῶν ἀλέγουσα; τόσον σθένος ἔλαχε μούνη·
Ἦ καὶ νῦν Πριάμοιο πολυχρύσοιο πόληα
Ἐκπέρσει, Τρώων καὶ Ἀργείων ὀλέσασα

Ανέ-

630. ἀνηρεμένη φρεσὶ θυμὸν] ἀρηρεμένη. *Rhod.*

631. μηδ' ἀλίουσα] ἀλύουσα. *Rhod.* Scribe ἀλύουτα, mœsta, Homeri voce. Iliad. E. de Venere:

Ὡς ἔφατ', ἣ δ' ἀλύουτ' ἀπεβήσατο· τείρετο δ' αἰνῶς.

Nec placet Brodæi lectio ἀλίαν σα: scribendum namque sit ἀλιῶσα. *Dausq.* De Rhodomanni ἀλύουσα nemo dubitare potest sanus. *Pauw.*

635. Κάτθανε δ' υἱὸς ἐμοῖο] υἱὸς ἐμεῖο. *Rhod.*

638. Πτοιαί τε λιγέων ἀνέμων] Aut τε hic producitur ante liquidam, aut scribendum est Καὶ πτοιαὶ λιγέων ἀνέμων. *Pauw.*

647.

In memoriam revocabo mœstiſſima. Ut etiam ipſius animo ſcrupulum injiciam.
Sic ait, graviter queritans æquore nata Thetis. Tum ipſa ei
Calliope, animum ſapientia ſuffultum habens, hæc verba reddidit:
Cohibe ejulatum Diva Thetis, nec doloris impatiens
Filii tui cauſa, in Deum hominumque regem
Exacerbare. Nam & Jovis altitonantis domini
Filii non minus, iniquo exſtincti fato, interiere.
Mortuus eſt & meus filius, quæ & ipſa ſum Dea immortalis,
Orpheus, cujus carmina inſecuta eſt omnis ſylva,
Et omnis horrida petra, amniumque fluenta,
Ac ſtridulorum ventorum auræ, violenter flantium,
Et volucres ſubitis (aëra) pennis trajicientes.
Sed luctum ingentem fortiter ſuſtinui: quoniam Deorum nulli fas eſt,
Triſti luctu & mœrore animum excarnificare.
Ideo etiam a te, quantumvis perturbata, ira ſuper ſtrenuo nato faceſſat.
Nam gloriam ipſius perpetuo inter mortales poëtæ,
Et virtutem carminibus celebrabunt, meo inſtinctu & aliarum
Pieridum. Quare atro luctui animum nequaquam
Submittas, mortalium fœminarum exemplo ejulans.
Nonne audis, quod omnes, in terra quotquot habitant,
Homines, ſæva & invicta fatorum neceſſitas circumdet,
Nec Deos obſervans? tantum virium ſola obtinet:
Quæ & propediem divitis Priami urbem
Excindet, ubi Troum & Argivum exitio dederit

Ju-

647. Ἢ οὐκ ἀΐεις] ἢ οὐκ hic etiam in unam ſyllabam coaleſcit. Hæc autem miſere otiantur poſt ſuperiora de ipſis Deorum filiis: Sic garruli ſolent. Quin & improbum eſt illud ἀΐεις, ubi cum Thetide, quæ & ipſa Dea, Calliopæ ſermo. *Pauw.*

649. τόσον σθένος ἔλαχε μοῦνη] ἔλαχε. *Rhod.*

651. Τρώων καὶ Αργείων] Τρώων

Ανέρας, ὅττε θέλησι· θεῶν δ' οὔτις μιν ἐρύξει.
Ως φάτο Καλλιόπη, πινυτὰ φρεσὶ μητιόωσα·
Ηέλιος δ' ἀπόρουσεν ἐς ὠκεανοῖο ῥέεθρα·
Ωρτο δὲ νὺξ μεγάλοιο κατ' ἠέρος ὀρφνήεσσα,
Ητε καὶ ἀχνυμένοισι πέλει θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Αὐτοῦ δ' ἐν ψαμάθοισιν Αχαιῶν ἕδραθον υἷες
Ιλαδὸν ἀμφὶ νέκυν, μεγάλῃ βεβαρηότες ἄτῃ·
Αλλ' οὐχ ὕπνος ἔμαρπτε θοὴν Θέτιν· ἄγχι δὲ παιδὸς
Εστη σὺν ἀθανάτῃσιν Νηρηΐσιν· ἀμφὶ δὲ Μοῦσαι
Αχνυμένην ἀνὰ θυμὸν ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλη,
Πολλὰ παρηγορέεσκον, ὅπως λελάθοιτο γόοιο.
Αλλ' ὅτε καγχαλόωσα δι' αἰθέρος ἤλυθεν ἠὼς,
Λαμπρότατον τε φάος πᾶσιν Τρωέσσι φέρουσα,
Καὶ Πριάμῳ, Δαναοὶ δὲ μέγ' ἀχνύμενοι, Αχιλῆα
Κλαῖον ἐπ' ἤματα πολλὰ, περιστενάχοντο δὲ μακραὶ
Ηιόνες πόντοιο, μέγας δ' ὀλοφύρετο Νηρεὺς,
Ηρα φέρων κούρῃ Νηρηΐδι, σὺν δέ οἱ ἄλλοι
Εινάλιοι μύροντο θεοὶ, φθιμένου Αχιλῆος,
Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο νέκυν Πηληϊάδαο
Αργεῖοι πυρὶ δῶκαν, ἀάσπετα νήσαντες
Δοῦρα, τά οἱ Φορέοντες ἀπ' οὔρεος Ιδαίοιο
Πάντες ὁμῶς ἐμόγησαν, ἐπεὶ σφέας ὀτρύνοντες

Ag-

τε καὶ Αργείων. *Rhod.* Recte hic: Junge V. 620. *Pauw.*

652. ὅττε θέλησι] Ita recte Aldus: Basileenses perperam, ὅπτε θέλησι: Eo pertinet Rhodomanni Notula: *Quid si ὅττε, vel ὅτ κε, quemcunque? vel οὕς τε, aut etiam τοῦτε, quando? Pauw.*

660. Εστη σὺν ἀθανάτῃσιν Νηρηΐσιν] Ηστο σὺν ἀθανάτῃς. *Rhod.*

665. Δαναοὶ δὲ μέγ' ἀχνύμενοι &c.] Hæc usque ad Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο mihi videntur intitia & notha: Plane enim aliena sunt ab hoc loco, & cohærentiam dirimunt, quæ inter Αλλ' ὅτε καγχαλόωσα & καὶ τότε δὴ μεγάλοιο est, & esse debet. Rhodomannus cum Parenthesi adest, cui includantur: Sed id non juvat aut incommodum tollere potest. Cum post Πριάμῳ aliquid deesset, nasutus Grammaticus, credo, illa interposuit, ut damnum sarciret:

Id-

Juventutem; quandocunque ipſi libuerit; nec ullus
eam Deum remorabitur.
Sic dixit Calliope, prudentiſſima animo conſilia tractans.
Interim Sol in Oceani gurgitem deproperaverat;
Et nox opaca per aëra ſpacioſum ingruebat;
Quæ etiam anxiis mortalibus eſt levamen.
Illic igitur in arenis ſomnum capiunt Achivum nati
Gregatim; circa cadaver, calamitatis mole laſſati.
Somnus autem non complectitur feſtinam Thetin; ſed
juxta natum
Sedet cum Nereidibus mortis legi exemptis; Et prope
Muſæ
Animi ſe diſcruciantem per vices, alia aliunde,
Multum conſolantur; ut ægritudinem ex animo deleat.
Cæterum ubi ridens per æthera venit Aurora,
Sereniſſimam lucem cum omnibus Trojanis afferens,
Tum Priamo. (Danai autem magno mœrore perculſi,
Achillem
Per multos dies deplorabant, gemitusque reddebant
longa circumquaque
Ponti littora; & magnus lamentabatur Nereus,
Obſequium præſtans filiæ Nereidi; cumque ipſo, cæteri
Dii marini lugebant, ob interemtum Achillem)
Tunc itaque grandis Pelidæ cadaver
Igni tradiderunt Argivi, magna congeſta ſtrue
Lignorum: quibus ad ipſum advehendis ex monte Idæo
Omnes ſimul laborabant: cum inſtigantes illos
Atri-

Idque fecit ſatis ignave & imprudenter: Nam ex ipſis verbis etiam hominis imperitia elucet. Quid φθιμένου Αχιλῆος, ubi μέγ' ἀχνύμενοι Αχιλῆα præceſſerat, & mox ſequitur μεγάλοιο νέκυν Πηλῃϊάδαο? Verboſus & Tautologus fuit Quintus, ſed ea tamen non ita ſtipaſſet, autumo. Adhæc, quid Κλαῖον ἐπ' ἤματα πάλλα hoc loco? Supra V. 520. id rectum eſt, οὐ γὰρ ἔτ' αὖθις ἰδήσει τις Αχαιοὺς Κλαυθμοῦ ἄδην κορέσασθαι, ἐπ' ἤματα πολλὰ γοῶντας: Hic autem ineptum certe & pravum: Lux enim hæc altera poſt interfectum Achillem & curatum ejus cadaver: Hoc apertum eſt, & fraudem etiam detegit plane. *Pauw.*

673. ἐπὶ σφέας ὀτρύνοντες Ἀργείους

Ἀργεῖοι προέηκαν ἀπείριτον οἰσέμεν ὕλην,
Ὄφρα θοῶς καίοιτο νέκυς κταμένου Ἀχιλῆος·
Ἀμφὶ δὲ τεύχεα πολλὰ πυρὶ περιπήσαντο
Αἰζηῶν κταμένων· πολλοὺς δ' ἐφύπερθε βάλοντο
Τρώων δηώσαντες ὁμῶς περικαλλέας υἷας·
Σὺν δ' οἷας σύας τ' ἔβαλον ἐρίθηλας ἀλοιφῇ·
Φάρεα δ' ἐκ χηλῶν φέρον ἄσπετα κωκύουσαι
Δμωάδες, καὶ πάντα πυρῆς καθύπερθε βάλοντο·
Χρυσόν τ', ἤλεκτρόν τ', ἐπενήνεον· ἀμφὶ δὲ χαίτας
Μυρμίδονες ἐκείραντο, νέκυν δ' ἐκάλυψαν ἄνακτος·
Καί δ' αὐτὴ Βρισηΐς ἀκηχεμένη περὶ νεκρῷ,
Κειραμένη πλοκάμους, πύματον πόρε δῶρον ἄνακτι·
Πολλοὺς δ' ἀμφιφορῆας ἀλείφατος ἀμφιχέοντο·
Ἄλλους δ' ἀμφὶ πυρῇ μέλιτος θέσαν, ἠδὲ καὶ οἴνου
Ἡδέος, οὗ μέθυ λαρὸν ὀδώδεε νέκταρι ἶσον·
Ἄλλα δὲ πολλὰ βάλοντο εὐώδεα, θαῦμα βροτοῖσιν,
Ὅσσα χθὼν φέρει ἐσθλά, καὶ ὁππόσα δῖα θάλασσα·
Ἀλλ' ὅτε δὴ περὶ πάγχυ πυρὴν διεκοσμήσαντο,
Πεζοὶ ἅμ' ἱππήεσσι, σὺν ἔντεσιν, ἐρρώσαντο
Ἀμφὶ πυρὴν πολὺ δάκρυ· ὅ δ' ἔκτοσθεν Ὀλύμποιο
Ζεὺς ψεκάδας κατέχευεν ὑπὲρ νέκυν Αἰακίδαο
Ἀμβροσίας, δίη τε φέρων Νηρηΐδι τιμήν,
Ἑρμείην προέηκεν ἐς Αἴολον, ὄφρα καλέσσῃ

Λαι-

γεῖοι προέηκαν] Qui illi Argivi, ubi præcedit, τὰ οἱ φορέοντες ἄπ' οὔρεος Ἰδαίοιο Πάντες ὁμῶς ἀμόγησαν? Id nemo certe dixerit. Interpres, *cum instigantes illos Atridæ emisissent*: Cur non reposuit in Græcis Ἀτρεΐδαι προέηκαν? Miror, miror. *Pauw.*

676. πυρὶ περιπήσαντο] πυρῇ. *Rhod.*

678. Τρώων δηώσαντες ὁμῶς περικαλλέας υἷας] Captivos, quos ad rogum trucidarunt ex more: Interpres ambigue. *Pauw.*

679. Σὺν δ' οἷας σύας τ' ἔβαλον] Σὺν δ' οἵας τε σύας τ' ἔβαλον. *Rhod.*

681. Δμωάδες, καὶ πάντα πυρῆς καθύπερθε βάλοντο] Δμωϊάδες. *Rhod.* Laborat Verius: Rhodomannus Δμωϊάδες: Quod ego nescio, an alibi ita occurrat.

Atridæ emisissent, copiosam allatum materiem;
Ut statim cæsi Achillis cadaver cremaretur.
Arma ergo plurima rogo accumulant
Interfectorum juvenum: nec paucos super injiciunt
Una Troum forma insignes natos, quos obtruncaverant.
Adjiciunt etiam oves & porcos onustos pinguedine.
Vestes præterea innumeras ex capsis afferunt plorantes
Ancillæ; omniaque pyræ desuper immittunt.
Aurum denique & succinum coacervant. Capillos autem
Myrmidones abradunt, & cadaver regis (his) cooperiunt.
Ipsa etiam Briseis, dum functum mœret,
Detonsam sibi cæsariem, ultimum domino munus,
exhibet.
Hinc multas amphoras adipe plenas affundunt.
Alias insuper rogo apponunt melle refertas & vino
Suavissimo, cujus dulce merum nectaris odorem referebat.
Aliaque multa addunt fragrantia, usque ad demirationem
hominum,
Quæ tellus producit, & quæ mare divinum eximia.
Cum itaque rogum satis superque adornassent,
Pedites cum equitibus armati circumierunt
Pyram lacrymosam. Tunc desuper ex Olympo
Jupiter effudit super corpus Æacidæ rorem
Ambrosium, divæque Nereidi honorem deferens,
Mercurium amandavit ad Æolum, ut exciret

Præ-

rat. Accinit tamen δμώϊος, quod in Anthologia extat: Nam ejusdem Commatis est δμωΐας. Alias scribi posset, Αἱ δμωάδες, καὶ πάντα πυρῆς καθύπερθε βάλεντο. *Pauw.*

683. Μυρμίδονες ἐχείραντο] χείροντο. *Rhod.* χείραντο Dausquejus in Notis ad V. 803. Lib. I. *Pauw.*

686. ἀμφιφορῆας ἀλείφατος &c.] ἀμφιφορῆϊς, ἀμφιχέοντο, ἀμφὶ πυρῇ: Quoties hic recurrit illud ἀμφί? *Pauw.*

687. ἠδὲ καὶ οἶνα Ηδέος, οὗ μέθυ λαρὸν] οἶνα, οὗ μέθυ: Nota hoc, non tamen imitare. *Pauw.*

689. βάλοντο εὐώδεα] βάλοντ' εὐώδεα. *Rhod.*

692. ἐῤῥώσαντο Αμφὶ πυρὴν πολὺ δάκρυ] Αμφὶ πυρὴν πολύδακρυν. *Rhod.*

693. ἐκ δ' ἔπεσθεν Ολύμποιο] ἐκ δ'

Λαιψηρῶν ἀνέμων ἱερὸν μένος· ἦ γὰρ ἔμελλεν
Καίεσθ' Αἰακίδαο νέκυς· τοῦ δ' αἶψα μολόντος,
Αἴολος οὐκ ἀπίθησε· καλεσσάμενος δ' ἀλεγεινὸν
Καρπαλίμως Βορέην, Ζεφύροιό τε λάβρον ἀήτην,
Ἐς Τροίην προέηκε, θοῇ θύοντας ἀέλλῃ·
Οἱ δὲ θοῶς ὄιμησαν ὑπὲρ πόντοιο φέρεσθαι
Ῥιπῇ ἀπειρεσίῃ· περὶ δ' ἴαχεν ἐσσυμένοισι
Πόντος ὁμοῦ καὶ γαῖα· περικλονέοντο δ' ὕπερθε
Πάντα νέφη, μεγάλοιο δι' ἠέρος ἀΐσσοντα·
Οἵ δὲ Διὸς βουλῇσι δαϊκταμένου Ἀχιλῆος
Αἶψα πυρὶ ἐνόρουσαν ἀολλέες· ὦρτο δ' ἀϋτμὴ
Ἡφαίστου μελάθροιο· γόος δ' ἁλίαστος ὀρώρει
Μυρμιδόνων· ἄνεμοι δὲ καὶ ἐσσύμενοί περ ἀέλλῃ,
Παννύμαρ καὶ νύκτα νέκυν περιποιπνύοντες,
Καῖον ἐϋπτείοντες· ἀνὰ δ' ἔγρετο πουλὺς *
Καπνὸς ἐς ἠέρα δῖον, ἐπέστενε δ' ἄσπετος ὕλη
Δαμναμένη πυρὶ πᾶσα, μέλαινα δ' ἐγίγνετο τέφρη·
Οἱ δὲ μέγ' ἐκτελέσαντες ἀτειρέϊ ἔργον ἀῆται,
Εἰς ἑὸν ἄντρον ἕκαστος ὁμοῦ νεφέεσσι φέροντο·
Μυρμίδονες δ' ὅτ' ἄναχτα πελώριον, ὕστατον ἄλλων,

Ηνυσε

ὃ δ' ἴχθυν vel ἴκτυθιν Οὐλύμπιος. *Rhod.* ἴχθυν præfero. *Pauw.*

702. Οἱ δὲ θοῶς οἴμησαν ὑπὲρ πόντοιο φέρεσθαι] Vix placet οἴμησαν φέρεσθαι: Scripſerim non invitus ὥρμησαν vel ὄρμησαν ὑπὲρ πόντοιο φέρεσθαι. Quam ingratum vero eſt illud θοῶς poſt θοῇ θύοντας ἀέλλῃ? An vitium forte ſubeſt, & ſcribendum, Οἱ δὲ ὁμῶς? Id non improbabile. *Pauw.*

707. Αἶψα πυρὶ ἐνόρουσαν ἀολλέες] πυρῇ. *Rhod.* Id melius ſane. ἀολλέες de duobus, minus exaſciatum eſt, ſi quid video. *Pauw.*

708. Ἡφαίστου μελάθροιο] Ἡφαίστου μαλεροῖο. *Rhod.*

711. Καῖον ἐϋπτείοντες· ἀνὰ δ' ἔγρετο πουλὺς *] ἐϋ πτείοντες ὁμῶς vel ἄδην. *Rhod.* Brodæus ὁμῶς· ἀνὰ δ'. Rhodomannus ἄδην. Forte ἐϋ πτείοντες· ἀπάϊτη δ' ἔγρετο. *Dausq.* Nec vulgatum ἐϋ πτείοντες, nec Interpretum commenta probo: Nam ut nihil aliud dicam, ἐσσύμενοί περ ἀέλλῃ & περιποιπνύοντες idem ſignificant, quod ἐϋ πτείοντες, & balbutiem inducunt, quam

ego.

Præpetum ventorum robur ſacrum. Nam prope erat
Ut Æacidæ cadaver combureretur; Illo igitur adventante
Æolus non difficilem ſe præbuit, ſed advocatos, aſperum,
Continuo Aquilonem, & rapidum Zephyri flatum,
Ad Trojam miſit, ſubita procella bacchantes;
Qui mox arripuere viam, ſuper mare ut ferrentur
Magno impetu, & accelerantibus his infremit
Terra ſimul pontusque; glomeranturque in alto
Cunctæ nubes, per magnum volitantes aëra.
Illi igitur, Jove ſic volente, cæſi Achillis
Celeriter in rogum involant conjunctis viribus. Mox attollitur flamma
Ardentis Vulcani, commovetque ſe planctus infinitus
Myrmidonum. At venti, quamvis concitato turbine flarent,
Integrum diem & noctem cadaver ſedulo obeuntes,
Validis tamen flatibus urebant. Surgit ergo denſus
In divinum aëra fumus, crepitatque ingens materia,
Dum tota igni abſumitur, & nigra inde favilla exſiſtit.
Cum vero magni rem negotii venti indefatigabiles confeciſſent,
In antrum quisque ſuum, cum nubibus ſe receperunt.
Porro Myrmidones, ubi vaſti corporis regem ignis funeſtus conſumſerat,

Ulti-

ego Auctori impingere nolo. Aliud requiritur, quod Libri meliores fortaſſe proment: Viſne interim conjecturam? Locus integer ita perbelle conſtitui poſſet:

— ἄνεμοι δὲ καὶ ἐσσύμενοί περ ἀέλλῃ,
Πᾶν ἦμαρ καὶ νύκτα ἄλην, περιποιπνύοντες
Καῖον ἐϋ πυκίοντα νέκυν· ἀτὰρ δ' ἔγρετο πυλὺς
Καπνὸς ἐς &c.

una voce adjecta & una voce tranſpoſita; νύκτα ἄλην, ut πᾶν ἦμαρ: ἐϋ πυκίοντα νέκυν, quia & Minerva, & Jupiter Ambroſiam aſperſerat: Nihil hercule accommodatius. Quid autem videtur de ipſo commento Poëtæ? Vaſtum adeo cadaver, ut non potuerit citius comburi, quam pleno totius diei & totius noctis ſpatio, idque Borea & Zephyro vehementer ſpirantibus, lignoque immenſo coacervato: Si hoc non eſt περατολογεῖν, neſcio, quid erit tandem. Sed Giganteum corpus cum Tityi corpore comparatum,

Ηνυσε πῦρ ἀίδηλον, ἀποκταμένων περὶ νεκρῷ,
Ἵππων τ', αἰζηῶν τε, καὶ ἄλλ' ὅσα δακρυχέοντες
Ομβριμον ἀμφὶ νέκυν κειμήλια θῆκαν Αχαιοὶ,
Δὴ τότε πυρκαϊὴν οἴνῳ σβέσαν· ὀστέα δ' αὐτοῦ
Φαίνετ' ἀριφραδέως, ἐπεὶ οὐχ ἑτέροισιν ὁμοῖα
Ην, ἀλλ' οἷα γίγαντος ἀτειρέος· οὐδὲ μὲν ἄλλα
Σὺν ἐκείνοις ἐμέμικτο, ἐπεὶ βόες, ἠδὲ καὶ ἵπποι,
Καὶ παῖδες Τρώων, μίγδα κταμένοισι καὶ ἄλλοις,
Βαιὸν ἄπωθε κέοντο περὶ νέκυν· ὅς δ' ἐνὶ μέσσοις
Ριπῇ ὑφ' Ηφαίστοιο δεδμημένος, οἷος ἔκειτο·
Τοῦ δέ κεν ὀστέα πάντα περιστενάχοντες ἑταῖροι,
Αλλεγον ἐς χηλὸν πολυχανδέα τε, βριαρήν τε,
Αργυρέην· χρυσῷ δὲ διαυγέϊ πᾶσ' ἐκέκαστο·
Καὶ τὰ μὲν ἀμβροσίῃ, καὶ ἀλείφατι πάγχυ δίηναν
Κοῦραι Νηρῆος, μέγ' Αχιλλέα κυδαίνουσαι·
Ες δὲ βοῶν δημὸν θέσαν, ἀθρόα ταρχύσασαι
Σὺν μέλιτι λιαρῷ· μητὴρ δέ οἱ ἀμφιφορῆα
Ωπασε, τόν ῥα πάροιθε Διόνυσος πόρε δῶρον,
Ηφαίστου κλυτὸν δῶρον ἐΰφρονος· ᾧ ἔνι θῆκαν
Οστέ' Αχιλλῆος μεγαλήτορος· ἀμφὶ δὲ τύμβον
Αργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο
Ακτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ παρὰ βένθεσιν Ελλησπόντου,

Myr-

tum, monteque integro, ita comburendum erat, ut nugæ sibi essent similes. Vide sequentia, quæ bonus attexuit mox. *Pauw.*

717. Η"νυσε πῦρ ἀίδηλον] Hoc incongrue interponitur inter ὑσατοι ἄλλων & ἀποκταμένων cum sociis suis: Periti vident. *Pauw.*

723. Σὺν ἐκείνοις ἐμέμικτο, ἐπεὶ βόες] Σὺν κείνοις ἐμέμικτ', ἐπεὶ βόες. *Rhod.*

727. Τοῦ δέ κεν ὀστέα] Τοῦ δὲ καὶ. *Rhod.* Non adsentior, & κεν retineo. *Pauw.*

728. πολυχανδέα] Hoc non injuriâ additum propter ossa Herois Gigantea. Quanta χηλὸς, quanta Amphora illa! *Pauw.*

732. ἀθρόα ταρχύσασαι] Legi etiam potest ταρχήσασαι vel ταρχεύσασαι: a ταραχὴ hæc veniunt per syncopen. *Rhod.* Nescio, cur Rhodomannus ταρχήσασαι & ταρχεύσασαι hic adducat: Nam secunda in ταρχύσασαι producitur vulgo, & verbum illa

Ultimum poſt alios, qui necati erant in mortui honorem,
Equos virosque, & quæcunque alia lacrymantes
Achivi, ex theſauris deprompta auguſto cadaveri adjecerant;
Tandem pyram vino reſtinxerunt: Oſſa autem illius
Inſigniter exſtabant; Quia cæteris non æqualia
Erant, ſed invicti gigantis inſtar; Nec alia
Cum his permixta erant. Nam boves & equi,
Et Trojugenæ, promiſcue cum aliis mortuis
Haud longe jacebant, circa cadaver, quod in medio,
Vulcani æſtu conſumtum, jacebat ſeparatim.
Oſſa autem illius omnia, cum gemitu, amici
Collegerunt in urnam capacem & ponderoſam,
Ex argento conflatam, quæ fulgido auro tota inſignita erat.
Et hæc ambroſia atque unguento penitus delibuta reddiderunt
Nerei filiæ, Achillem magno honore afficientes;
Boumque arvinam indiderunt, permixta condientes
Cum dulci melle. Genitrix autem amphoram ipſi
Præbuit, quam olim Bacchus dono ipſi dederat,
Inſigne opus Vulcani; in qua recondiderunt
Reliquias magnanimi Achillis. At buſtum
Et ingens monimentum Græci aggerarunt
In ſummo littore, juxta Helleſponti profunda,

Au-

iſta forma notiſſimum eſt, cum de aliis, vel ſaltem eorum uno, non injuria dubitari poſſit: Videbimus ſuo loco, & apud Heſychium pro ταρχῆσαι Viri Eruditi ταρχύσαι ſcribunt. *Pauw.*

733. μητὴρ δέ οἱ ἀμφιφορῆα Ὤπασε] οἱ, ſcilicet Achilli, vivo & Trojam abeunti: Verte igitur Ὤπασε, *præbuerat*, non *præbuit* cum Interprete: Et tamen hoc durius: Quare μητὴρ οἱ pro μητὴρ οὗ, *mater ejus*, accipiam potius: Nam οἱ de cadavere accipere nolim. *Pauw.*

734. τὸν ῥα πάροιθε Διώνυσος πόρε] Διώνυσος. *Rhod.*

735. Ἡφαίστῳ κλυτὸν δῶρον ἐΰφρονος] κλυτὸν ἔργον. *Rhod.*

736. ἀμφὶ δὲ τύμβον — ἀμφιβάλοντο] Durum & ingratum hoc: ſic tamen ipſe Auctor:

Μυρμιδόνων βασιλῆα θρασὺν περιχωκύοντες·
Οὐδέ μιν ἄμβροτοι ἵπποι ἀταρβέος Αἰακίδαο
Μίμνον ἀδάκρυτοι παρὰ νήεσιν, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ
Μύροντο σφετέροιο δαϊκταμένου βασιλῆος·
Οὐδ' ἔθελον μογεροῖσιν ἔτ' ἀνδράσιν, οὐδὲ μὲν ἵπποις
Μίσγεσθ' Αργείων, ἀλοὸν περὶ πένθος ἔχοντες,
Αλλ' ὑπὲρ ὠκεανοῖο ῥοὰς, καὶ Τηθύος ἄντρα,
Ανθρώπων ἀπάτερθεν ἀϊζυρῶν φορέεσθαι,
Ηχι σφέας τοπάροιθεν ἐγείνατο δῖα Ποδάργη,
Αμφω ἀελλόποδας, Ζεφύρῳ χελάδοντι μιγεῖσα·
Καὶ νύ κεν αἶψ' ἐτέλεσσαν, ὅσα σφίσι μήδετο θυμὸς,
Εἰ μὴ σφέας κατέρυξε θεῶν νόος, ὄφρ' Αχιλῆος
Ελθοι ἀπὸ Σκύροιο θοὸς πάϊς, ὃν ῥα καὶ αὐτοὶ
Δέχνυνθ', ὁππόθ' ἵκοιτο ποτὶ στρατὸν· οὕνεκ' ἄρα σφιν
Θέσφατα γιγνομένοισι Χάους ἱεροῖο θύγατρες
Μοῖραι ἐπεκλώσαντο, καὶ ἀθανάτοις περ ἐοῦσι,
Πρῶτα Ποσειδάωνι δαμήμεναι· αὐτὰρ ἔπειτα,
Θερσαλέῳ Πηλῆϊ, καὶ ἀκαμάτῳ Αχιλῆϊ·
Τέτρατον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι, Νεοπτολέμῳ μεγαθύμῳ,
Τὸν καὶ εἰς Ηλύσιον πεδίον μετόπισθεν ἔμελλον
Ζηνὸς ὑπ' ἐννεσίῃσι Φέρειν, μαχάων ἐπὶ γαῖαν·
Τοὔνεκα καὶ στυγερῇ βεβολημένοι ἦτορ ἀνίῃ,
Μίμνον παρ νήεσσιν, ἑὸν κατὰ θυμὸν ἄνακτα,
Τὸν μὲν ἀκηχέμενοι, τὸν δ' αὖ ποθέοντες ἰδέσθαι.
Καὶ τότ' ἐριγδούποιο λιπὼν ἁλὸς ὄμβριμον οἶδμα,
Ηλυθεν Εννοσίγαιος ἔπ' ἠόνας· οὐδέ μιν ἄνδρες
Εδρακον, ἀλλὰ θεῇσι παρίστατο Νηρηΐνῃσι·

Κα

Vitium enim ſubeſſe non puto. *Pauw.*

739. Μυρμιδόνων βασιλῆα &c.] An hoc iterum repetendum? *Pauw.*

740. Οὐδέ μιν ἄμβροτοι ἵπποι] Οὐδὲ μὶν ἄμβροτοι. *Pauw.*

758. Τὸν καὶ εἰς Ηλύσιον πεδίον] Τὸν καὶ ἐς ob Verſum. *Pauw.*

765.

Audacem Myrmidonum regem luctu prosequentes.
Neque immortales equi impavidi Æacidæ
Mansérunt lacrymarum expertes, juxta naves; sed etiam ipsi
Fletu ob dominum suum, in bello peremtum, se macerabant,
Nec volebant amplius inter homines laborioſos, aut equos
Argivum versari, tam immani luctu affecti erant;
Sed trans Oceani fluxus & antra Tethyos,
Procul ab ærumnosorum hominum commercio, se transferre;
Ubi eis quondam ortum dedit divina Podarge,
A Zephyro sonoro inita, ut ambo procellas cursu æquarent.
Atque sine mora perfeciſſent, quæ ipsis animus destinabat;
Nisi Deorum eos decretum retraxisset, donec Achillis
Impiger filius e Scyro veniret: Quem ipsi etiam
Exspectabant, si quando ad exercitum veniret. Nam illis
Hoc fatum nascentibus sacri natæ Chai
Parcæ agglomerarant, licet immortales divinæque originis essent:
Ut primum a Neptuno domarentur: atque deinde
A forti Peleo: & (tertio) invicto ab Achille:
Quarto autem post hos, a Neoptolemo magnanimo,
Quem etiam in campum Elysium posthac erant
Deportaturi, ad beatorum regionem, Jovis consilio.
Quamobrem acerbo cor mœrore sauciati,
Solicito animi desiderio dominum suum apud naves præstolabant,
Alterum quidem deplorantes, alterum vero tueri cupientes.
Et tunc horrisoni tumidam æquoris undam linquens
Neptunus ad littus venit, nec homines ipsum
Viderunt; sed Deabus Nereo satis adstitit,

Et

765. ἀλλὰ θεᾶι παρίσατο Νηρῆος] Νηρῆϊ. *Rhod.*

Καί ῥα Θέτιν προσέειπεν ἔτ' ἀχνυμένην Αχιλῆος·
Ισχεο νῦν περὶ παιδὸς ἀπειρέσιον γοάωσα·
Οὐ γὰρ ὅγε φθιμένοισι μετέσσεται, ἀλλὰ θεῇσιν,
Ως ἠὺς Διόνυσος, ἰδὲ σθένος Ηρακλῆος·
Οὐ γάρ μιν μόρος αἰνὸς ὑπὸ ζόφον αἰὲν ἐρύξει,
Οὐδ' Αἰδης, ἄλλ' αἶψα καὶ ἐς Διὸς ἵξεται αὐγάς·
Καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεουδέα νῆσον ὀπάσω
Εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπῃ θεὸς ἔσσεται αἰὲν
Σὸς παῖς· ἀμφὶ δὲ φῦλα περιχτιόνων μέγα λαῶν
Κεῖνον κυδαίνουσα θυηπολίης ἐρατεινῆς,
Ισον ἐμοὶ τίσουσι· σὺ δ' ἴσχεο κωκύουσα
Εσσυμένως, καὶ μή τι χαλέπλεο πένθει θυμόν.
Ως εἰπὼν, ἐπὶ πόντον ἀπήιεν ἴχελος αὔρῃ,
Παρφάμενος μύθοισι Θέτιν· τῆς δ' ἐν φρεσὶ θυμὸς
Βαιὸν ἀνέπνευσεν, τά οἱ θεὸς ἐξετέλεσσεν·
Αργεῖοι δὲ γοῶντες ἀπήιον, ἦχι ἑκάστῳ
Νῆες ἔσαν, τὰς ἦγον ἄφ' Ελλάδος· αἱ δ' Ελικῶνα
Περίδες ὑίσσαντο, καὶ εἰς ἅλα Νηρηΐναι
Δῦσαι, ἑὸν στεναχοῦσαι εὔφρονα Πηλείωνα.

KOIN-

771. καὶ ἐς Διὸς ἵξεται αὐγάς] Niſi præcederet ὑπὸ ζόφοι αἰὲν ἐρύξει, dicerem ſcripſiſſe Quintum, καὶ ἐς Διὸς ἵξεται αὐλάς. *Pauw.*

772. νῆσον ὀπάσω] ὀπάσσω. *Rhod.*

774. ἀμφὶ δὲ φῦλα περιχτιόνων μέγα λαῶν Κεῖνον κυδαίνουσα] μεγαλάων diviſi in duas voces. *Rhod.* In Aldina nempe & Baſileenſi absque ullo ſenſu legitur μεγαλάων: Si vera ſit Rhodomanni ſuſpicio, illud μέγα non poſitum eſt ſuo loco: Nam ad κυδαίνουσα pertinet. Sed an legendum potius, ἀμφὶ δὲ φῦλα περιχτιόνων μέγα λαῶν Κεῖνον κυδαίνουσα &c? *finitimorum promiſcue populorum genera*; finitimi

Et Thetin allocutus eſt, quæ Achillis adhuc caſum
anxie mœrebat.
Deſine tandem nimio indulgere luctui ob natum:
Non enim hic cum manibus inferis deget, ſed cum
Diis ſuperis;
Ut mitis Bacchus, & Hercules robuſtus.
Non enim lugubre fatum perpetuis eum tenebris præ-
pediet,
Ut nec Pluto: ſed mox ad lucidas Jovis ſedes evehetur.
Atque ego ipſi muneris loco caram Diis inſulam tradam,
Ad pontum Euxinum, ubi pro Deo habebitur perpetuo
Natus tuus. Et circumquaque finitimorum gentes
hominum inſigniter
Gratis illum ſacrificiis venerantes,
Non minori quam me cultu afficient. Ideo parcito
lamentis
Confeſtim, nec luctu animum conficito.
Sic fatus, auræ ſimilis in æquor diſceſſit,
Hac Thetidi conſolatione adhibita: Cujus in pectore
animus
Nonnihil reſpiravit. Promiſſaque ei Deus adimplevit.
Argivi autem gementes ſe retulerunt, ubi cujusque
Naves erant, quas e Græcia adduxerant. Ad Heli-
conem etiam
Pierides redierunt, & mare Nereides
Subiere, cordatum ſuum Peliden deflentes.

QUIN-

timi omnes promiſcue, absque ullo diſcrimine: Ab omnibus honorabitur filius tuus æque, nec eo intuitu diſcrimen erit inter gentes & gentes. Hoc verum forte. *Pauw.*

780. τά οἱ θεὸς ἐξετέλεσσεν] τὰ δέ οἱ θεὸς. *Rhod.* τὰ περ οἱ θεὸς. *Dausq.* Rhodomannum ſequor. *Pauw.*

783. Πιερίδες ἵζοντο] Πιερίδες ἵστοντο. *Rhod.*

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ

Ὣς δὲ μὲν Ἱππολόχοιο δαίφρονος ὄμβριμον υἱὸν
Τρῶες ἀδάκρυτον δειλοὶ λίπον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Δαρδανίης προπάροιθε πύλης ἐριχυδέα φῶτα
Πυρκαϊῆς καθύπερθε βάλον· τὸν δ' αὐτὸς Ἀπόλλων
Ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο μάλ' ἐσσυμένως ἀναείρας,
Δῶκε θοοῖς ἀνέμοισι φέρειν Λυκίης σχεδὸν αἴης·
Οἱ δέ μιν αἶψ' ἀπένεικαν ὑπ' ἄγκεα, τῇδ' ἄντροιο
Χῶρον ἐς ἱμερόεντα, πέτρην δ' ἐφύπερθε βάλοντο
Ἄρρηκτον· Νύμφαι δὲ περίβλησαν ἱερὸν ὕδωρ
Ἀεννάου ποταμοῖο, τὸν εἰσέτι φῦλ' ἀνθρώπων
Γλαῦκον ἐπικλείουσιν εὔῤῥοον· ἀλλὰ τὰ μέν που
Ἀθάνατοι τεύξαντο χέρας Λυκίων βασιλῆϊ·
Ἀργεῖοι δ' ἐρίθυμον ἀνεστενάχοντ' Ἀχιλῆα
Νηυσὶ παρ' ὠκυπόροισιν· ἔτειρε δὲ πάντας ἀνίη
Δευγαλέη, καὶ πένθος, ἐπεὶ ῥά μιν ὡς ἐὸν υἱὸν

Δί-

7. Οἱ δέ μιν αἶψ' ἀπένεικαν ὑπ' ἄγκεα, τῇδ' ἄντροιο] ὑπ' ἄγκεα τηλόσι Ταύρου. *Rhod.* Rhodomannus τηλόσι Ταύρου. Verba rei parum opportuna: Nam Lyciam partim intra Taurum esse, partim extra Straboni credimus. Tamen quod antrorum cava nativa quædam videantur esse sepulcra, scribendum forte, ὑπ' ἄγκεα Τηθύος ἄντρα, naturæ conformiter & Calabri narratui. Naturæ: nam cava terrarum aquarum sunt receptacula. Narratui: quia Glaucum fluvio versum insinuat Calaber. Semper autem fluvii in vallibus, aut planis. Supra, — ῥοὰς, καὶ Τηθύος ἄντρα. Lib. 12. — ὠκεανοῖο ῥοὰς, καὶ Τηθύος ἄντρα. Sed hæc Tethyos antra videntur in mari esse Atlantico, & cum Oceano juncta. Forte, ὑπ' ἄγκεα

QUINTI CALABRI PRÆTERMISSORUM AB HOMERO LIBER QUARTUS.

INterim nec fortem bellicosi Hippolochi filium
Troës indeploratum reliquerunt miseri: verum & ipsi
Ante portam Dardaniam virum præclarum
Rogo imposuerunt. Hunc vero ipse Apollo,
Ex flamma ardente præpropere sublatum,
Rapidis juxta Lyciam regionem ventis asportandum dedit:
Qui protinus eum abstulerunt longe, sub Tauri vallem,
In locum amœnum, & saxum super imposuerunt
Durissimum. Nymphæ autem elicuerunt sacrum liquorem
Perennis fluvii; quem etiam nunc gentes hominum
Largifluum appellant Glaucum. Hoc itaque
Dii in honorem regis Lyciorum effecerunt.
Argivi autem animosum deflebant Achillem,
Ad naves cito meantes; omnesque ægrimonia vexabat
Acerba & luctus: quoniam ipsum, ut ex se genitum Re-

κτιε ἔνδοθι ἄιτρεν Χῶρον ἐς ἀμειρόεντα. N. L. *Dausq.* Locus difficilis, & qui Libros meliores exspectat: Visne interim conjecturam? Legendum forte, Οἱ δέ μιν αἶψ' ἀπίνεικαν ὑπ' vel ἐπ' ἄγκεα Τηλάνδροιο Χῶρον ἐς ἀμειρόεντα. Telandrus urbs est, quæ a Stephano Byzantino Cariæ, a Plinio Lyciæ adscribitur: Ad urbem istam forte convalles, in quarum una depositum fuit Glauci cadaver a Ventis: Attende; Levissima est mutatio, & quæ eo ipso sese commendat non mediocriter. *Pauw.*

9. περίβλησαι ἱερὸν ὕδωρ] περίβλυσαι. *Pauw.*

10. Ἀσιναίου ποταμοῖο] Ἀσιάου. *Rhod.*

15. ἐπεὶ ῥά μιν ὡς ἰὸν δια Δίζοντ'] Forte Ἄζοντ', colebant. *Rhod.* Δίζοντ', *desiderabant, curabant:* Hesychius, Δίζουν. Ζητοῦν-

Δίζοντ', οὐδέ τις ἦεν ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ἄδακρυς·
Τρῶες δ' αὖ ἀλίαστον ἐγήθεον, εἰσορόωντες
Τοὺς μὲν ἀκηχεμένους, τὸν δ' ἐνὶ πυρὶ δηωθέντα·
Καί τις ἐπευχόμενος, μῦθον πρὸτὶ τοῖον ἔειπεν·
Νῦν πάντεσσιν ἄελπτον ἀπ' Οὐλύμποιο Κρονίων
Ἡμῖν ὤπασε χάρμα λιλαιομένοισιν ἰδέσθαι,
Ἐν Τροίῃ Ἀχιλῆα δεδουπότα· ἦ γὰρ οἵω
Βλημένου ἀμπνεύσειν Τρώων ἐριδουπία φῦλα,
Αἵματος ἐξ ὁλοοῖο, καὶ ἀνδροφόνου ὑσμίνης·
Αἰεὶ δέ οἱ Φρεσὶν ἦσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος,
Λύθρῳ ὑπ' ἀργαλέῳ πεπαλαγμένον· οὐδέ τις ἡμέων
Κοίνῳ ἔσαντα ἰδὼν, ἔτ' ἐπέδραμεν Ἠριγένειαν·
Νῦν δ' οἵῳ φεύξασθ' Ἀχαιῶν ὄμβριμα τέκνα,
Νηυσὶν ἐϋπρώροισι, δαϊκταμένου Ἀχιλῆος·
Ὡς ὄφελον μένος ἦεν ἔθ' Ἕκτορος, ὄφρ' ἅμα πάντας
Ἀργείους σφετέρῃσιν ἐνὶ χλισίῃσιν ὄλεσσεν.
Ὡς ἄρ' ἔφη Τρώων τις, ἐνὶ φρεσὶ πάγχυ γεγηθώς·
Ἄλλος δ' αὖ ἑτέρωθε, πύκα φρονέων, φάτο μῦθον,
Φῆσθα σὺ μὲν Δαναῶν ὁλοὸν στρατὸν ἔνδοθι νηῶν,

Πότ-

φροντίζειν, ἐρευνᾶν, ζητεῖν. Male Rhodomannus Ἄζοντ': Nam ſic ὡς τὸν υἱὸν non ſcripſiſſet Quintus, ſed ὡς τὸν πατέρα: Patrem colit filius, non pater filium: Hoc Vir Diligens non animadvertit, & vulgatam aperte ſtatuminat: Quæ ſi in Quinto alicui diſpliceret, non incongrue pro Δίζοντ' ſcribere poſſet Φιλεῦντ' vel Φιλοῦντ'. *Pauw.*

18. τὸν δ' ἐνὶ πυρὶ δηωθέντα] ἐν πυρί. *Rhod.*

22. Ἐν Τροίῃ Ἀχιλῆα δεδουπότα] Non cecidit Achilles Iliacos intra muros. Trojam igitur hic de regione capio, ut Dardania civitas ipſa olim, totaque poſtea regio, ut Lacedæmon, aliaque urbium propria, & regionis, vel provinciæ ſignificantia. *Dausq.* Propter Rhodomanni *ad Trojam* hoc notatum Dausquejo. *Pauw.*

25. Αἰεὶ δέ οἱ Φρεσὶν ἦσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος] Αἰεί οἱ. *Rhod.* δὲ non peccat, & manere poteſt: Αἰεὶ δ' οἱ: Et ſic forſan ipſe Rhodomannus, ut Typothetæ erraverint. Illud Φρεσὶν ἦσιν copulandum cum λοίγιον ἔγχος: una cum animo furebat haſta ejus peſtilens. Si ſcripſiſ-

Requirebant, nec quisquam fuit in (tam) latis castris
sine lacrymis.
Troës contra ingenti afficiuntur gaudio, ubi vident
Hos mœrore se afflictantes; illum igni consumtum.
Et quispiam vota concipiens, hæc verba inter illos
edidit.
Nunc omnibus insperatum cælitus Saturni filius
Gaudium nobis exhibuit, videndi (pridem) cupidis
Interfectum ad Trojam Achillem. Etenim spero,
Extincto hoc, nobiles Trojanorum gentes respiraturas
A crudeli sanguinis effusione, & mortifero prælio.
Semper ipsi insano animi motu grassabatur hasta pestilens,
Tristi cruore polluta, nec ullus e nobis
Illi faciem obvertens diem vidit posterum.
Ergo nunc persuasum habeo, fugam arrepturos fortes
Achivum natos
Rostratis navibus, in pugna confosso Achille.
O si adhuc robur Hectoris superstes esset, ut simul omnes
Argivos in Castris suis internecioni daret.
Sic dixit Troum quispiam toto lætus pectore.
Alius autem rem penitus considerans, aliunde (his)
verbis disseruit.
Tua quidem opinio fert, infestas Danaum copias in
navibus,

Ar-

scripsisset Quintus, *Αἰεὶ δ' οἱ χείρεσσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος*, id non deterius fuisset. *Pauw.*

27. *Κείνῳ ἔσαντα ἰδὼν, ἔτ' ἐπίδραμεν Ηριγένειαν*] *Κεῖνον ἔσαντα* vel *ἔναντα ἰδὼν, ἔτ' ἐπίδραμε. Rhod.* Potes interpretari; Pervenit ad auroram, vixit in crastinum. Vel, Auroram nascentem sibi habuit obviam. Rhodomannus *ἐπίδραμεν*, cui non pugno: hoc enim illustrius. Lib. 7. adstruitur: — *ζωὸς ἔτ' Ηριγένειαν ἰδέσθαι. Dausq.* Si *ἰδὼν* genuinum sit, legendum sine dubio *Κεῖνον ἔσαντα ἰδὼν*: Nam sic Homerus, sic Alii loqui solent: Pueri sciunt ex Opere celeberrimo. Sed suspectum est *ἰδὼν*, quia plus dicit, quam dictum requiritur: Multi enim *ἔσαντα* viderant Achillem absque vitæ privatione: Quare scripserim non invitus, *Κείνῳ* vel *Κείνα ἔναντα ἰὼν, illi occurrens, cum eo congrediens.* Pro *ἐπίδραμεν* perbene Rhodomannus *ἐπίδραχεν. Pauw.*

28. *φεύξασθ' Αχαιῶν ὄμβριμα τέκνα*] *φεύξεσθαι Αχαιῶν. Rhod.*

Πόντον ἐπ' ἠερόεντα, πεφυζότας αἶψα νέεσθαι·
Αλλ' οὐ μὰν δείσουσι, λιλαιόμενοι μέγα χάρμης·
Εἰσὶ γὰρ κρατεροί τε, καὶ ὄμβριμοι ἀνέρες ἄλλοι,
Τυδείδης, Αἴας τε, καὶ Ατρέως ὄμβριμοι υἱες·
Τοὺς ἐγὼ ἔτι δείδοικα, καταχταμένου Αχιλῆος·
Τοὺς εἴθ' ἀργυρότοξος ἀναιρήσειεν Απόλλων,
Καί κεν ἀνάπνευσις πολέμου, καὶ ἀεικέος οἴτου,
Ημῖν ἐυχομένοισιν ἐλεύσεται ἤματι κείνῳ.
Ως ἔφατ'· ἀθάνατοι δὲ κατ' οὐρανὸν ἐστενάχοντο,
Οσσοι ἔσαν Δαναοῖσιν ἐϋσθενέεσσιν ἀρωγοί·
Αμφὶ δὲ κρᾶτ' ἐκάλυψαν ἀπειρεσίοις νεφέεσσι,
Θυμὸν ἀκηχέμενοι· ἑτάροι δέ τ' ἐγήθεον ἄλλοι,
Εὐχόμενοι Τρωέσσι πέρας θυμηδὲς ὀρέξαι.
Καὶ τότε δὴ Κρονίωνα χλυτὴ προσεφώνεεν Ηρη·
Ζεῦ πάτερ ἀργικέραυνε, τίη Τρωέσσιν ἀρήγεις,
Κούρης ἠϋκόμοιο λελασμένος, ἣν ῥὰ πάροιθεν
Αντιθέῳ Πηλῆϊ πόρες θυμήρε' ἄκοιτιν,
Πηλίου ἐν βάσσῃσι, γάμον δέ οἱ ἔτευξας *
Ἀμβροτον, οἱ δέ νυ πάντες ἐδαινύμεθ' ἤματι κείνῳ
Αθάνατοι, καὶ πολλὰ δόμει περικαλλέα δῶρα;
Αλλὰ τάγ' ἐξελάθου· μέγα δ' Ελλάδι μῆσαο πένθος.
Ως ἄρ ἔφη· τὴν δ' οὔτι προσέννεπεν ἀκάματος Ζεύς·

Ηστο

37. *Εἰσὶ γὰρ κρατεροί τε*] Verſus requirit *Εἰσὶν*. *Pauw.*

38. *καὶ Ατρέως ὄμβριμοι υἱες*] *Ατρέος. Rhod.* Illud *ὄμβριμοι* male repetitur poſt *ὄμβριμοι ἀνέρες ἄλλοι* Verſu præcedenti: An ita ipſe Auctor? Dubito, & vix credo: Quare vel hic vel ibi pro *ὄμβριμοι* pingendum videtur *ἄλκιμοι*. *Pauw.*

39. *Τοὺς ἐγὼ ἔτι δείδοικα*] *Τοὺς ἤτ' ἐγὼ*, vel *Τοὺς δέ τ' ἐγὼ*. *Rhod.* *Τοὺς ἤτ' ἐγὼ* placet mihi. *Pauw.*

40. *Τοὺς εἴθ' ἀργυρότοξος*] Ubi *Τοὺς* etiam in principio Verſus antecedentis extat, malim *Οὓς εἴθ'*. *Pauw.*

46. *ἑτάροι δέ τ' ἐγήθεον ἄλλοι*] *ἔτεροι δέ τ' ἐγήθεον. Rhod.* Melius, *ἕταροι δ' ἐπεγήθεον ἄλλοι. Dausq.* *ἕταροι* ſine dubio peccat: Rhodomanni *ἔτεροι* vix probare poſſum: Nam *ἔτεροι ἄλλοι* minus recte dicitur. Legendum ſuſpicor, *ἑτέρωθι δ' ἐγήθεον*

Arrepta fuga per cæruleum mare ſtatim vela daturus.
At cum bello magna cupiditate incumbant, nequaquam fugient.
Sunt & alii validi & conſtantes viri:
Tydides, Ajaxque, & ſtrenui filii Atrei;
Quos adhuc ego pertimeſco poſt occiſum Achillem.
Hos utinam argenteo decorus arcu e medio tollat Apollo,
Forte quies a bello indignaque cæde,
Pro votis, illo tempore nobis contingat.
Sic ait. At in cælo Dii ingemiſcunt,
Qui Danais præpotentibus fautores erant:
Et capita obvelant nubibus immenſis,
Animum contriſtati. Cæteri autem lætantur,
Qui gratum Trojanis (belli) finem optabant afferre.
Atque tunc alloquitur Jovem inclyta Juno.
Jupiter fulminator, cur partes tueris Trojanas?
Pulcricomæ oblitus puellæ, quam ſuperiori tempore
Optatam generoſo Peleo uxorem ſociaſti,
In Pelii vallibus, & nuptias ei ipſe inſtruxiſti,
Supra hominum ſortem: cuncti ſane epulo interfuimus die illa
Immortales Dii, multaque inſignia munera obtulimus.
Sed hæc oblivioni tradidiſti, magnumque deſtinaſti Græciæ luctum.
Sic ait; Hanc vero nullo dignatur reſponſo invictus Jupiter.

Se-

γένεον ἄλλοι Εὐχόμενοι Τρώεσσι &c. Sic nihil emaculatius: Non abſimiliter paulo ante habuimus, Ἄλλος δ' αὖ ἐτέρωθε: Locutio eſt notiſſima. *Rauw.*

52. Πηλέι ἐν βάσσῃσι, γάμον δέ οἱ ἔτευξας * Ἀμβροσίοι] Πηλέι ἐν βάσσῃσι, γάμον δέ οἱ αὐτὸς ἔτευξας. *Rhod.* Legendum αὐτὸς ἔτευξας, vel οἷος ſolus; γάμον ἄμβροτον. Nota ex Catullo, Luciano, ac aliis ſexcentis fabula. Hiſtoriam adducunt Apollonii 4. Argon. & Ariſtophanis in Nebulis Scholiaſtæ. Dictys quoque Lib. 6. Nam quid Fulgentii Mythologia ineptius? Hæc Brodæus. Ego adſpectu fabulæ, qua Jupiter Thetide abſtinuiſſe perhibetur, veritus ne ex ea potentior patre proles naſceretur, opinor commodiſſime ſcribi poſſe, γάμον δέ οἱ ἄλλην ἔτευξας, ac ſi dicat, Juno;

Ηστο γὰρ ἀχνύμενος χραδίην, καὶ πολλὰ μενοινῶν,
Θύνεκεν ἤμελλον Πριάμου πόλιν ἐξαλαπάξειν
Αργεῖοι, τοῖς αἰνὸν ἐκήδετο λοιγὸν ὀπάσαι
Εν πολέμῳ στονόεντι, καὶ ἐν βαρυηχέϊ πόντῳ·
Καὶ τὰ μὲν ὣς ὥρμαινε, τὰ δὴ μετόπισθε τέλεσσεν·
Ηὼς δ' ὠκεανοῖο βαθὺν ῥόον εἰσαφίκανεν·
Κυανέην δ' ἄρα γαῖαν ἐπήϊεν ἄσπετος ὄρφνη,
Ημος ἀναπνείουσι βροτοὶ βαιὸν καμάτοιο·
Αργεῖοι δ' ἐπὶ νηυσὶ δόρπεον, ἀχνύμενοί περ·
Οὐ γὰρ νηδύος ἐστὶν ἀπωσέμεναι μεμαύίης
Λιμὸν ἀταρτηρὸν, ὁπόταν στέρνοισιν ἵκηται,
Αλλ' εἴθαρ θοὰ γυῖα βαρύνεται, οὐδέ τι μῆχος
Γίγνεται, ἢν μή τις χορέσῃ θυμαλγέα νηδύν·
Τοὔνεκα δῆτ' ἐπάσαντο, καὶ ἀχνύμενοι Αχιλῆος·
Αἰνὴ γὰρ μάλα πάντας ἐποτρύνεσκεν ἀνάγκη·
Τοῖσι δὲ πασσαμένοισιν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος,
Δῦσε δ' ἀπὸ μελέων ὀδύνας, ἐπὶ δὲ σθένος ὦρσεν.
Αλλ' ὅτε δὴ κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἀντολίην ἔχον ἄρκτοι,
Δέγμεναι ἠελίοιο θοὸν φάος, ἔγρετο δ' Ηὼς,
Δή τότ' ἀνέγρετο λαὸς ἐϋσθενέων Αργείων,
Πορφυρέων Τρῳέσσι φόνον, καὶ κῆρ' ἀϊδηλον·
Κίνυτο δ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος Ικαρίοιο,

Ηδὲ

no: Non tibi Jupiter Thetidem adjunxisti, verum alias parasti nuptias, quibus Thetidem ac Peleum conjunxisti. Legatur Apollodorus Lib. 3. Lactantius Lib. 1. Cap. 11. Lucian. Dialogis, D. August. de Civit. *Dausq.* Bonum est αὐτὸς ἔτευξας: Alia ineptiunt. *Pauw.*

59. τοῖς αἰνὸν ἐκήδετο λοιγὸν ὀπάσαι] ἐκήδετο. *Rhod.* ὀπάσσαι requirit Versus. *Pauw.*

61. Καὶ τὰ μὲν ὣς ὥρμαινε, τὰ δὴ &c.] Recte Interpres, *Atque haec ita meditabatur, quae peregit deinde.* Sed sic obscurius paululum est, τὰ μὲν, τὰ δὴ: Malo igitur, Καὶ τὰ μὲν ὣς ὥρμαινε, ἃ δὴ &c. *Pauw.*

65. Αργεῖοι δ' ἐπὶ νηυσὶ δόρπεον] ἐπὶ νηυσὶν ἐδόρπεον. *Rhod.*

67. ὁπόταν στέρνοισιν ἵκηται] *Cum ad pectus venerit & mentis ac cogitationis sedem:* Eo pertinet sequens θυμαλγέα νηδύν. *Pauw.*

71.

Sedebat namque animi ſe excrucians, & multa ſecum volutans;
Quod Priami urbem everſuri eſſent
Argivi, quibus triſte inferre exitium cogitabat
In bello luctifico, & horriſono mari.
Atque hæc ita meditabatur, quæ peregit deinde.
Interea ad altum Oceani gurgitem Aurora pervenerat;
Et nigram denſæ tenebræ invaſerant terram,
Cum nonnihil a labore homines reſpirant.
Tunc in navibus Argivi, quamvis mœſti, cænam ſumpſerunt.
Non enim fieri poteſt, ut ab avido ventre propulſetur
Dira fames, quando viſcera ſubit:
Sed mox gravantur velocia membra, nec ullum remedium
Occurrit, ægrificam niſi quis alvum ſatiaverit.
Propterea eſcam carpſerunt, tametſi lugerent Achillem;
Prædura enim omnes urgebat neceſſitas.
Hos igitur ſaturatos dulcis ſopor opprimit,
Et membra curis laxat, vigoremque renovat.
At cum ad ortum capita vertiſſent urſæ,
Rapidum ſolis jubar exſpectantes, & Aurora ſurgeret;
Tunc etiam ſe commovit præpotentum Argivorum exercitus,
Cædem Trojanis, & funeſtam perniciem meditans;
Et fluctuavit non aliter, quam vaſta maris Icarii unda,

Aut

71. *Αἰνὴ γὰρ μάλα πάντας ἐπιτρύσεσκεν* &c.] Verſus ingratus & otioſus poſt jam dicta. *Pauw.*

77. *Πορφυρέων Τρώεσσι φόνον*] *Πορφύρων. Rhod.* Non intercedo: Potuit tamen *πορφυρέων* pro *πορφύρων* uti Quintus. *Pauw.*

78. *Κίνυτο δ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος Ἰκαρίοιο*] Quid *πόντος Ἰκαρίοιο*? An quod Interpres dicit, *maris Icarii unda?* Ne credas: Ita enim Græci locuti fuerunt nunquam. Ut brevis ſim; aut locus eſt corruptus, aut pro *Ἰκαρος Ἰκάριος* placuit Quinto: Duo Icarii, unus Erigones, alter Penelopes pater, celeberrimi ſunt: Hiſce cognominem fecit eum, quem Alii Icarum vocare ſolent: Vides? Sic *πόντος Ἰκαρίοιο* bonum eſt, & apte dicitur. Apud Heſychium legimus vulgo, *Ἰκάριος, υἱὸς Δαιδάλου*, neque mutant Viri Eruditi; accommodate ad hunc

Ηδὲ καὶ αὐαλέον βαθὺ λήϊον, ὁππόθ' ἵκηται
Ριπὴ ἀπειρεσίη νεφεληγερέος Ζεφύροιο·
Ως ἄρα κίνυτο λαὸς ἐπ' ἠόσιν Ελλησπόντου.
Καὶ τότε Τυδέος υἱὸς ἐελδομένοισιν ἔειπεν,
Ω φίλοι, εἰ ἐτεόν γε μενεπτόλεμοι πελόμεσθα,
Νῦν μᾶλλον στυγεροῖσι μαχώμεθα δυσμενέεσσιν,
Μή πως θαρσήσωσιν, Αχιλλέος οὐκ ἔτ' ἐόντος·
Αλλ' ἄγε σὺν τεύχεσσι, καὶ ἅρμασιν, ἠδὲ καὶ ἵπποις
Ιομεν ἀμφὶ πόλια· πόνος δ' ἄρα κῦδος ὀρέξει.
Ως ἔφατ' ἐν Δαναοῖσιν· ἀμείβετο δ' ὄμβριμος Αἴας·
Τυδείδη, σὺ μὲν ἐσθλὰ καὶ οὐκ ἀνεμώλια βάζεις,
Οτρύνων Τρώεσσιν ἐϋπτολέμοισι μάχεσθαι
Αγχεμάχους Δαναούς, οἵπερ μεμάασι καὶ αὐτοί.
Αλλὰ χρὴ ἐν νήεσσι μένειν, ἄχρις ἐξ ἁλὸς ἔλθῃ
Δῖα Θέτις· μάλα γὰρ ἐνὶ φρεσὶν ἥδεται ἦτορ
Υἱέος ἀμφὶ τάφῳ περικαλλέα θεῖναι ἄεθλα·
Ως χθιζή μοι ἔειπεν, ὅτ' εἰς ἁλὸς ἤιε βένθος
Νόσφ' ἄλλων Δαναῶν· καί ἑ σχεδὸν ἔλπομαι εἶναι
Εσσυμένην· Τρῶες δὲ, καὶ εἰ θάνε Πηλέος υἱὸς,
Οὐ μάλα θαρσήσουσιν, εἰ ζώοντος ἐμεῖο,
Καὶ σοῖο, καὶ αὐτοῦ ἀμύμονος Ατρεΐδαο.
Ως ἄρ' ἔφη Τελαμῶνος ἐὺς παῖς, οὐδέ τι ἤδη
Οττι ῥά οἱ μετ' ἄεθλα κακὸν μόρον ἔντυε δαίμων

Ap-

hunc ipſum locum. Illud ἀπειρεσίης de mari Icario ſapit Auctoris indolem, & nimium eſt pro ejus ſpatio. non ita extenſo. *Pauw.*

80. Ριπὴ ἀπειρεσίη νεφεληγερέος Ζεφύροιο] Nonne νεφεληγερέτω? *Pauw.*

91. οἵπερ μεμάασι καὶ αὐτοί] μεμάασι. *Rhod.*

93. μάλα γὰρ ἐνὶ φρεσὶν ἥδεται ἦτορ] Verſus laborat: Scribendum, μάλα γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶν &c. *Pauw.*

98. εἰ ζώοντος ἐμεῖο] ἔτι ζώοντος ἐμεῖο, *Rhod.* Ita recte ſcribitur: Hoc autem ineptum in ore ipſius Ajacis, qui ſic ſeſe non jactat modo, ſed id etiam facit perquam magnifice primo loco, antequam alios fortiores celebret. *Pauw.*

99.

Aut etiam arida & profunda ſeges, ubi ingruit
Flatus Zephyri immodicus, qui nubes cogit.
Sic etiam movebatur exercitus ad littora Helleſponti.
Et tunc Tydeo ſatus ad Græcos hujus rei cupidos, verba fecit.
Amici, ſi revera bellica virtute præſtamus,
Nunc multo acrius cum infeſtis hoſtibus manus committamus:
Ne unquam animum recipiant, Achille non amplius ſuperſtite.
Ergo agite inſtructi armis & curribus atque equis,
Urbem cingamus. Labor enim gloriam exhibebit.
Sic ait in medio Danaum. Sed procerus Ajax ita eum excepit.
Tydida, tu quidem bene & non incaſſum mones,
Inſtigans cum Trojanis Marte valentibus pugnam redintegrare
Pugnaces Danaos, qui ſponte ſua illuc feruntur.
Verum commorandum eſt in navibus, dum venerit e mari
Diva Thetis, cujus in pectore animus magnopere gaudet,
Ad tumulum nati pulcra certantibus præmia proponere:
Ut heri mihi retulit, cum maris profundum ſubiret,
Seorſum a cæteris Danais; nec jam procul auguror eſſe
Properantem. Troës autem, etiamſi mortem obiit Pelei natus,
Non multum fiduciæ habebunt, me adhuc incolumi,
Et te, atque etiam Agamemnone inculpato.
Ita dixit egregius Telamonis filius, nec præſcivit
Quod atrocem ſibi mortem poſt certamina fatum pararet Cru-

99. Καὶ σοῖο, καὶ αὐτοῦ ἀμύμονος Ατρείδαο] Καί σιν ἠδὲ καὶ αὐτοῦ. *Rhod.* Non improbo Rhodomanni ſuſpicionem, ſed Verſum etiam ſatis bene ſe habiturum eſſe aio, ſi legamus, Καὶ σεῖο, καὶ αὐτοῦ: Nam α καὶ poteſt eſſe Spondeus vi cæſuræ, ut nemo neſcit in his verſatus. *Pauw.*

101. Ὅττι ῥά οἱ μετ' ἄεθλα κακὸν μόρον ἔντυε δαίμων Αργαλίῃ] Αργαλίεϊ. *Rhod.* Malim Αργαλίῃς: Nam δαίμων Αργαλίεϊ minus placet. Scis, quid δαίμων ſignificet ex uſu loquendi. *Pauw.*

108.

Αργαλέον· τὸν δ' αὖθις ἀμείβετο Τυδέος υἱὸς·
Ω φίλε, εἰ ἐτεὸν Θέτις ἔρχεται ἤματι τῷδε
Υἱέος ἀμφὶ τάφῳ περικαλλέα θεῖναι ἄεθλα,
Πὰρ νήεσσι μένωμεν, ἐρυκανόωντε καὶ ἄλλους·
Καὶ γὰρ δὴ μαχάρεσσι θεοῖς πείθεσθαι ἔοικεν·
Καί δ' ἄλλως Αχιλῆι, καὶ ἀθανάτων ἀέκητι,
Αὐτοὶ Φραζόμεθα δόμεν θυμηδέα τιμήν.
Ως φάτο Τυδείδαο δαίφρονος ὄμβριμον ἦτορ·
Καὶ τότ' ἄρ' ἐκ πόντοιο κίεν Πηλῆος ἄκοιτις,
Αὔρῃ ὑπ' ἠόῃ ἐναλίγκιος· αἶψα δ' ἵκανεν
Αργείων εἰς ὅμιλον, ὅπη μεμαῶτες ἔμιμνον,
Οἱ μὲν ἀεθλεύσοντες ἀπειρεσίῳ ἐν ἀγῶνι,
Οἱ δὲ Φρένας καὶ θυμὸν ἀεθλητῆρσιν ἰῆναι·
Τοῖσι δ' ἅμ' ἀγρομένοισι Θέτις κυανοχρήδεμνος
Θῆκεν ἄεθλα φέρουσα, καὶ ἀτρύνεσκεν Αχαιοὺς
Αὐτίκ' ἀεθλεύειν· τοί δ' ἀθανάτῃ πεπίθοντο.
Πρῶτος δ' ἐν μέσσοισιν ἀνίστατο Νηλέος υἱὸς,
Οὐ μὲν πυγμαχίῃσι λιλαιόμενος πονέεσθαι,
Οὔτε παλαισμοσύνῃ πολυτειρέϊ· τοῦ γὰρ ὕπερθε
Γυῖα, καὶ ἄψεα πάντα, λυγρὸν κατεδάμνατο γῆρας·
Αλλά οἱ ἐν στέρνοισιν ἔτ' ἔμπεδος ἔπλετο θυμὸς,
Καὶ νόος· οὐδέ τις ἄλλος ἐριδμαίνεσκεν Αχαιῶν
Κείνῳ, ὅτ' εἰν ἀγορῇ ἐπέων πέρι δῆρις ἐτύχθη·
Τῷ καὶ Λαέρταο κλυτὸς πάϊς εἵνεκα μύθων
Εἰν ἀγορῇ ὑπόεικε, καὶ ὃς βασιλεύτατος ἦεν

Πάν-

108. Αὐτοὶ φραζόμεθα δόμεν] φραζώμεσθα. Rhod.

111. Αὔρῃ ὑπ' ἠόῃ ἐναλίγκιος] ὑπηώῃ. Rhod.

112. Αργείων εἰς ὅμιλον] Versus requirit Αργείων ἐς ὅμιλον. Pauw.

114. Φρένας καὶ θυμὸν ἀεθλητῆρσιν ἰῆναι] Præcessit ἀεθλεύσοντες: quæ male dissident, cum amice debuissent conspirare: Nam οἱ μὲν & οἱ δὲ, ubi ἔμιμνον præcedit, eandem orationis structuram requirunt. Non dubito, quin verba male descripta sint: Legendum autumo,

— ὅπ,

Crudele: Eique reſpondit Tydei natus;
Amice, ſi haud dubie Thetis hoc die veniet,
Ut pulcra ad nati buſtum certamina inſtituat,
Præſtolemur ad naves, inhibentes etiam alios.
Æternis etenim Divis parere decet.
Et alioquin Achilli, etiam ſine Deorum monitu,
Ut gratum deferamus honorem, ipſi conſtituamus.
Talia verba dabat Diomedis belliſcii cor animoſum.
Et tunc ex ponto Pelei uxor ſeſe extulit,
Auræ matutinæ ſimilis. Et ſtatim venit
Argivum in cœtum: ubi remanſerant promti,
Alii, ut in ludo frequenti decertarent;
Alii, ut Athletarum ſpectaculo animum oblectarent.
Quibus in unum coactis Thetis, cærulea redimita vitta,
Præmia allata depoſuit, & hortatrix fuit Grajugenis,
Ut protinus certamen inirent. Hi igitur Divæ paruerunt.
Ac princeps in medium prodiit Neleo editus,
Non pugillatu contendere cupiens,
Nec plurimum defatigante lucta. Deſuper enim
Membra & cunctos artus moleſta gravabat ſenectus:
Sed vegetus adhuc in pectore animus erat
Et intellectus: nec quisquam Achivum alius contendebat
Cum ipſo, ſi in concione de eloquentia certamen motum eſſet.
Idcirco & clarus Laërtæ natus diſertæ orationis palmam
In concione illi cedebat, & qui ſummum imperium gerebat

In-

— ὅπη μεμαῶτες ἴμιμεν;
Οἱ μὲν ἀεθλεύσασθαι ἀπειρεσίῳ ἐν ἀγῶνι,
Οἱ δὲ φρένας καὶ θυμὸν ἀεθλητῆρσι ἴσασι.

Sic oratio rite cohæret, & uti Græcis mos eſt: Heſychius in Lexico: Ἀθλεύεται, διηθῆται: Inde apparet, pro ἀεθλεύειν etiam in uſu fuiſſe ἀεθλεύεσθαι.

Alias legendum fuiſſet, Οἱ μὲν ἀεθλεύσαι μάλ' ἀπειρεσίῳ: &c. Sed quod eaſdem non habuiſſet blanditias, ut quiſque animadvertit ſtatim. *Rauw.*

126. Εἰν ἀγορῇ ὑπόεικε] An potius Οἱ 'ν ἀγορῇ ὑπόεικε? Οἱ 'ν pro οἱ ἐν: Certe articulus hic mire conveniret, etiam propter τῷ præcedens. *Rauw.*

Πάντων Αργείων, μέγ' ἐϋμμελίης Αγαμέμνων·
Τοὔνεκ' ἐν' μέσσοισιν ἐΰφρονα Νηρηΐνην
Υμνεεν, ὡς πάσῃσι μετέπρεπεν εἰναλίῃσιν,
Εἵνεκ' ἐϋφροσύνης, καὶ εἴδεος· ἣ δ' ἀίουσα,
Τέρπεθ'· ὅδ' ἱμερόεντα γάμον Πηλῆος ἐνίσπε,
Τόν ῥά οἱ ἀθανάτοι μάκαρες συνετεκτήναντο
Πηλίου ἀμφὶ κάρηνα· καὶ ἄμβροτον ὡς ἐπάσαντο
Δαῖτα παρ' εἰλαπίνῃσιν, ὅτ' εἴδατα θεῖα φέρουσαι
Χερσὶν ὑπ' ἀμβροσίῃσι θεαὶ παρενήνεον Ωραι
Χρυσείοις κανέοισι, Θέμις δ' ἄρα καλ χαλόωσα,
Αρχυρέας ἐτίταινεν ἐπισπέρχουσα τραπέζας,
Πῦρ δ' Ηφαιστος ἔκαιεν ἀκήρατον, ἀμφὶ δὲ Νύμφαι
Αμβροσίην ἐκέρεον ἐνὶ χρυσέοις κυπέλοισιν,
Αἱ δ' ἄρ' ἐὶς ὀρχηθμὸν Χάριτες τράπον ἱμερόεντα,
Μοῦσαι δ' ἐς μολπὴν, ἐπετέρπετο δ' οὔρεα πάντα,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ θῆρες, ἰαίνετο δ' ἄφθιτος αἰθὴρ,
Αντρα τε Χείρωνος περικαλλέα, καὶ θεοὶ αὐτοὶ.
Καὶ τὰ μὲν ἀρ Νηλέρς εὖς παῖς Αργείοισι
Πάντα μάλ' ἱμερόεις κατελέξατο· τοί δ' ἀίοντες
Τέρποντ'· ὅσσ' Αχιλῆος ἀμύμονος ἄφθιτα ἔργα
Μέλπε μέσῳ ἐν ἀγῶνι· πολὺς δ' ἀμφίαχε λαὸς
Ασπασίως· ἄδ' ἄρ' ἔνθεν ἔχων ἐριώδεα φῶτα,

Ex-

128. Τοὔνεκ' ἐν μέσσοισιν] Τοὔνεκ' ἐνὶ. *Rhod.* Non displicet: Paris etiam Τοὔνεκα ἐν μέσσοισιν. *Pauw.*

131. ὅ δ' ἱμερόεντα γάμον Πηλῆος ἔνισπε &c.] Si ad ea attendas, quæ Lib. præced. V. 610. & seqq. de his nuptiis dixit ipsa Thetis, earum sane commemoratio non potuit ei multum voluptatis afferre, & aliud proinde ὑποκείμενον hic sumere debuisset Auctor. *Pauw.*

139. Αμβροσίην ἐκέρεον ἐνὶ χρυσέοις κυπέλοισιν] ἐκέρασσον ἐνὶ χρυσέοισι κυπέλλοις. *Rhod.* Recte: Nam κυπέλοισιν pro κυπέλλοισιν hactenus non reperi. *Pauw.*

140. Αἱ δ' ἄρ' ἐὶς ὀρχηθμὸν Χάριτες &c.] Scribe in gratiam Versus, Αἵ δ' ἄρ' ἐς ὀρχηθμὸν. *Pauw.*

144. Νηλέρς εὖς παῖς] Νηλῆος. *Rhod.*

146. Τέρποντ' ὅσσ' Αχιλῆος ἀμύμονος ἄφθιτα &c.] Τέρποντ' ὅς

Inter omnes Argivos, fraxinea præstans hasta Agamemnon.
Ideo in medio agmine, sapientem Nerei filiam
Celebrabat, quod omnes Deas maris præcelleret,
Animi virtute & formæ decore. Quæ cum audiret,
Lætitia afficiebatur. Ille autem de Pelei nuptiis verba fecit,
Quas Dii immortales ipsi confeciſſent,
In jugis Pelii, & ut ambrosio sese invitassent
Epulo, in nuptiarum solennitate; ubi divinas afferentes escas
Palmis cælestibus, divæ Horæ accumularunt
Aureis canistris, & Themis lætabunda
Argenteas, sine cunctatione, mensas posuit:
Vulcanusque purum (fumi) ignem accendit, & juxta Nymphæ
Ambrosiam in aureis scyphis miscuerunt:
Gratiæ autem ad amabilem se converterunt saltationem,
Et ad cantum Musæ: unde cunctos montes voluptas permulsit,
Nec non amnes & bestias, & exultavit æther corruptionis expers,
Antraque Chironis amœna, & ipsi Dii.
Hæc ita Argivis vivida Nelei proles
Omnia pro votis ipsorum memoravit: qui hæc audientes,
Suaviter afficiebantur. Is porro Achillis præstantis immortalia facta
Oratione diserta celebrat in medio circo, numerosusque plausum dat exercitus
Benevolenter. Inde igitur exordio ducto, Virum fama illustrem

Mi-

ὡς δ' Ἀχιλῆος. *Rhod.* Locus aperte depravatus: Rhodomannus parum apte: Nam ὡς δ' non convenit, ubi continuo sequitur ὅ δ' ἄρ'. Legendum suspicor, Τίρσιτ'. ὡς δ' Ἀχιλλῆος ἀμύμονος ἄφθιτα ἔργα Μίλητι μίσῳ ἐν ἀγῶνι, πολὺς γ' ἀμφίαχε λαὸς Ἀσπασίῃ. Hæc præ aliis scilicet accepta Græcis. *Pauw.*

148. ὅ δ' ἄρ' ἔνθεν ἔχων ἐρικύδεα

Ἐκπάγλως κύδαινεν ἀρηγαμένοις ἐπέεσσιν,
Δώδεχ' ὅπως διέπερσε κατὰ πλόον ἄστεα φωτῶν,
Ἐνδεκα δ' αὖ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον, ὡς ἐδάϊξεν
Τήλεφον, ἠδὲ βίην ἐριθυδέος Ἠετίωνος
Θήβης ἐν δαπέδοισι, καὶ ὡς Κύκνον ἔκτανε δουρὶ
Υἱὰ Ποσειδάωνος, ἠδ' ἀντίθεον Πολύδωρον,
Καὶ Τρώϊλον ἠϊτὸν, ἀμύμονά τε Στεροπαῖον,
Αἵματι δ' ὡς ἐρύθηνεν ἄδην ποταμοῖο ῥέεθρα
Ξάνθου, καὶ νεκύεσσιν ἀπειρεσίοισι κάλυψεν
Πάντα ῥόον κελάδοντα, Λυκάονος ὁππότε θυμὸν
Νοσφίσατ' ἐκ μελέων, ποταμοῦ σχεδὸν ἠχέντος,
Ἕκτορά θ' ὡς ἐδάμασσε, καὶ ὡς ἔλε Πενθεσίλειαν,
Ἠδὲ καὶ υἱέα δῖον ἐϋθρόνου Ἠριγενείης·
Καὶ τὰ μὲν Ἀργείοισιν ἐπισταμένοισιν καὶ αὐτοῖς
Μέλπε· καὶ ὡς ἐτέτυκτο πελώριος, ὡς τέ οἱ οὔτις
Ἔσθενε δηριάασθαι ἐναντίον, οὔτ' ἐν ἀέθλοις
Αἰζηῶν, ἅτε ποσσὶ νέοι περιδηριόωνται,
Οὐδέ μεν ἱππασίῃ, οὐδὲ σταδίῃ ἐνὶ χάρμῃ,
Κάλλεϊ θ' ὡς Δαναοὺς μέγ' ὑπείρεχεν, ὡς τέ οἱ ἀλκὴ
Ἔπλετ' ἀπειρεσίη, ὁπότ' Ἄρεος ἔσσυτο δῆρις·
Εὔχετο δ' ἀθανάτοισι, καὶ υἱέα τοῖον ἰδέσθαι
Κεῖνον ἀπὸ Σκύροιο πολυκλύστοιο μολόντα·
Ἀργεῖοι δ' ἄρα πᾶσιν ἐπευφήμησαν ἐπέεσσιν,
Αὐτή τ' ἀργυρόπεζα Θέτις, καὶ οἱ πόρεν ἵππους
Ὠκύ-

δια φῶτα, Ἐκπάγλως &c.] ἔνθεν ἐλὼν. *Rhod.* Hæc mendum etiam aperte produnt: Rhodomanni ſuſpicio non eſt unius aſſis, & ἐλὼν ita adhibuit Græcorum nemo. Dicam, quod res eſt: Scribendum, ὅ δ' ἄρ' εὐθετίων, ἰφικόδια φῶτα Ἐκπάγλως κύδαινεν &c. εὐθετεῖν eſt apte diſponere; verba & orationem concinne digerere: Hoc conveniens & perſpicuum. *Pauw.*

151. ὡς ἐδάϊξεν·] Malim copulate, ὡς τ' ἐδάϊξεν. *Pauw.*

154. ἠδ' ἀντίθεον Πολύδωρον] ἰδ' ἀντίθεον. *Rhod.*

Εγκέφαλος πεπάλακτο· συνηλοίωτο δὲ πάντα
Οστέα, καὶ θοὰ γυῖα, λυγρῷ πεπαλαγμένα λύθρῳ·
Καὶ τότε δὴ Ποίαντος υἱὸς, παῖς ἀντιθέοιο,
Ως ἴδεν Αἰνείαν περὶ τείχεα μαιμώοντα
Θηρὶ βίην ἀτάλαντον, ἄφαρ προέηκεν ὀϊστὸν,
Ιθύνων ἐς φῶτα περικλυτὸν· οὐδ' ἀφάμαρτεν
Ανέρος· ἀλλά οἱ οὔτι δι' ἀσπίδος ἀκαμάτοιο

Es

456. τὸν δ' αἶψα διιπερίη φέρεν οἶμος] Ac ſi volaſſet, non per ſcalam aſcendiſſet: Inepta hominis Scholaſtici ἔννοια. *Pauw.*

460. ἐπεί ῥά μιν οὐ λάθε χάρμη] Ita recte Aldus: Peſſime Baſileenſes, ἐπεί ῥά μιν λάθε οὐ χάρμη: quod ita in Notis correxit Rhodomannus, ἐπεί ῥά μιν οὐ λάθε χάρμη. Moneo, ne male mutes μιν, quod melius, quam μοι, quia id ſequitur ſtatim. *Pauw.*

465. Αμφελιλυξαμένῳ] Αμφελιλιξαμένῳ. *Rhod.* Sic male comparatur cadens cum ſagitta nervo excuſſa. Ingenium ſine judicio habuit Calaber: Alias non copulaſſet contraria. *Pauw.*

470

Nunc ſævam vibrat haſtam, nunc iterum
Surſum reptat, eumque ſine mora iter aërium effert.
Et ſane Trojanis luctum peperiſſet: niſi ipſi
Jam ſuper eminenti, urbemque tam poſtremum
Quam primum intuenti, de excelſo propugnaculo
Æneas occurriſſet. Nam hæc illum oppugnatio non latebat
Etiam procul agentem. Ideo vaſto eum ſaxo perculit
In caput, & ingens robur fortis viri (Æneæ)
Scalas illius confregit. Is e ſublimi, ceu ſagitta
A nervo (excuſſa,) in præceps agitur: e veſtigio fatum exitiale adeſt
Circumagitato: animaque ejus cum gemitu aëri
Statim permiſcetur, antequam rigidam attigiſſet tellurem.
Delabitur ergo ad humum in (ſolo) thorace. Nam ab eo procul
Aberraverat gravis haſta, & immane ſcutum,
Firmaque caſſis. Gemitum itaque edidit Locrorum
Manus, cum viderunt triſti virum caſu dejectum.
Nam ex hiſpido ei capite huc atque illuc
Cerebrum diſpergebatur, & comminuta omnia
Oſſa, agiliaque membra triſti tabo fœdata erant.
Atqui tunc generoſa eximii Pœantis ſoboles,
Ut conſpexit Æneam, circa muros ruentem,
Violentæ beſtiæ inſtar, ſubito intorquet ſagittam
In nobilem directam virum, nec aberrat
Ab homine: verum nequaquam per inſuperabile ſcutum

In

470. Λαὸς, ὅτ' ἴδρακον] Paulo figuratius pro ἴδρακεν. *Pauw.*

472. Ἐγκέφαλος πεπάλακτο] Interpres, *Cerebrum diſpergebatur*: Non male: Nam a πάλλω eſt παλάσσω. Pro *fodari* tamen accipi ſolet vulgo, & ita ſequitur ſtatim: Quare ſi cum alio Auctore mihi res eſſet, quam cum Quinto, ſcriberem lubens, Ἐγκέφαλος κεκέδασο. κεδάω & σκεδάω non differunt, ut ipſi pueri ſciunt. *Pauw.*

Ibid. σὺν ἠλλοίωτο δὲ πάντα Οστέα] συνηλοίητο. *Rhod.*

474. Ποίαντος υἱὸς, πάϊς ἀντιθέοιο] Ποίαντος ἱὺς πάϊς ἀντιθέοιο. *Rhod.*

476. Θηρὶ βίην ἀτάλαιτοι] Θηρὶ, Leoni. *Pauw.*

479

Ες χρόα καλὸν ἵκανε, ἀπέτραπε γὰρ Κυθέρεια,
Καὶ σάκος, ἀλλ' ἄρα τυτθὸν ἐπέχραε δέρμα βοείης·
Οὐδ' ἄρα μαψιδίως χαμάδις πέσεν, ἀλλά μιν ὄντα
Μεσσηγὺς σακέός τε, καὶ ἱπποκόμου τρυφαλείης,
Τύψεν· ὁ δὲ πύργοιο κατήριπεν, εὖτ' ἀπὸ πέτρης
Ἄγριον αἶγα βάλησιν ἀνὴρ στονόεντι βελέμνῳ·
Ὣς ὁ πεσὼν, τετάνυστο· λίπεν δέ μιν ἱερὸς αἰών·
Αἰνείας δ' ἑτάροιο χολωσάμενος, βάλε πέτρην·
Καί ῥα Φιλοκτήταο κατέκτανεν ἐσθλὸν ἑταῖρον
Τοξαίχμην· θλάσεν δὲ κάρη, συνέαξε δὲ πάντα
Ὀστέα σὺν πήληκι· λύθη δέ οἱ ἀγλαὸν ἦτορ·
Τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋσε πάϊς Ποίαντος ἀγαυοῦ·
Αἰνεία, νῦν ἔολπας ἐνὶ φρεσὶ σῇσιν ἄριστος
Ἔμμεναι, ἐκ πύργοιο πονεύμενος, ἔνθα γυναῖκες

Δυσ-

479. *Ες χρόα καλὸν ἵκανε, ἀπέτραπε*] *καλὸν ἵκανεν, ἀπέτραπε. Rhod.*

480. *ἀλλ' ἄρα τυτθὸν ἐπέχραε δέρμα βοείης*] *ἐπέγραφε. Rhod.* Non neceſſe: *χράω* & *χραύω*, leviter ſaucio, & in cute tantum: idem *ἐπιχράω* & *ἐπιχραύω*: Videndus Euſtathius. Vulgo *ἐπιχράω* ſumitur pro impetuoſe adorior: Sed tunc jungitur cum caſu tertio, non cum caſu quarto, qui notionem aliam inducit, & utraque verba commode diſtinguit. Debemus in his eſſe cauti, ne improbemus temere, quæ ipſa ſermonis Analogia probat. *Pauw.*

481. *ἀλλά μιν ὄντα Μεσσηγὺς σακέός τε, καὶ &c*] *Μίδοντα*, vel *Μίνοντα. Rhod.* Duumviri reponunt *Μίνοντα*, vel *Μίδοντα*, Neuter placet. Expono. Non Æneam tetigit Philoctetæ jaculum, ſed eum, cujus caput inter Æneæ ſcutum & galeam exſtabat. Ecqua illi nomenclatio? Celat Poeta, quia parum nobilis, quem partim ſcutum Æneæ, partim galea furabatur hoſtium oculis; niſi qua inter utrumque capitis aliquid oculis & ictibus expoſitum erat. *Dausq.* Locus ſine dubio corruptus: Nam nihil mehercule ineptius, quam quod hic comminiſcitur Dausquejus. Brodæo & Rhodomanno placuit *Μίδοντα*, vel *Μίνοντα*: An illis adſentiemur? Dubito, & vix puto: Nam nudum nomen hic non videtur ſufficere, ſed aliud præter illud requiri, quod virum paulo ſignatius denotaverit. Apparet ex ſequenti, Æ-

neïæ

In pulchrum corpus penetrat. Venus enim avertit
Et clypeus: sed scuti bubuli corium nonnihil strinxit.
Nec tamen frustra humi cadit, sed Menontem
Inter clypeum & galeam juba equina insignem,
Ferit. Qui mox de turri devolvitur: veluti de rupe
Capram sylvestrem stridula arundine dejicit venator.
Ita ille lapsus exporrigitur: sacrumque ævum ab eo decedit.
Quare Æneas, socii vicem indigne ferens, saxum ejaculatur,
Eximiumque Philoctetæ amicum perimit
Toxæchmen: caput enim illi contuderat, omniaque ossa
Cum galea confregerat: unde nobile ipsi cor resolutum.
Illum igitur magno clamore incessit clari Pœantis natus.
Ænea, nunc animo tuo persuades, quasi strenuissimus
Sis, dum e turri rem geris, unde etiam fœminæ

Im-

νείας δ' ἑτάροιο κολωσάμενος: quod sane notam nomini appositam, virumque accuratius designatum supponit. Si in præcedentibus Menon vel Medon sæpius commemoratus fuisset, & quidem ut socius & amicus Æneæ, nudum nomen sufficere posset, & commode illud ἑτάροιο mox accederet: At nulla ejus memoria in illis hucusque, & nomen ex literarum vestigiis fictum modo a Viris Eruditis, ut locum explanarent: Quare nunc nomini aliquid accedere deberet, quod facere poterat, ut ἑτάροιο mox sequeretur opportune. Quid plura? Fallor, aut post μιν ὄντα Versus unus intercidit, in quo vel nomen, vel conditio hominis ita, ut par erat, commemorabatur: Admisso priori, pro μιν ὄντα, vel μὲν ὄντα, vel aliud simile scriptum fuit, quod cum amissis arcte cohærebat: admisso autem posteriori, Μέδοντα vel Μένοντα non improbo, quod similiter cum sequentibus cohæserit: Hæc mea est de his sententia. *Pauw.*

483. ὁ δὲ πύργοιο κατήρικεν] ὁ δ' ἐκ πύργοιο κατήρικεν. *Rhod.*

488. θλάσσεν δὲ κάρη] θλάσσεν δὲ κάρη. *Rhod.*

491. Αἰνεία, νῦν ἔολπας] νῦν ἔολπας Synecphonesis est: Etenim ε & ο pro una syllaba inter metiendum efferuntur. Licet νῦν etiam correptum inveniatur sine circumflexo. *Rhod.* Sine dubio legendum, Αἰνεία, νυν ἔολπας, absque circumflexo. *Pauw.*

493.

Δυσμενέεσσιν μάρναντα ἀνάλκιδες· εἰ δέ τις ἐσσὶ,
Ἰσχεο τείχεος ἐκτὸς ἐὼν ἔντεσιν, ὄφρα δαείης
Ποίαντος θρασὺν υἱὰ καὶ ἔγχεσι, καὶ βελέεσσιν·
Ὡς ἄρ' ἔφη· τὸν δ' οὔτι θρασὺς παῖς Αγχίσαο,
Καίπερ ἐελδόμενος, προσεφώνεεν, οὔνεκ' ὀρώρει
Δῆρις ὀϊζυρὴ περὶ τείχεα μακρὰ, καὶ ἄστυ
Νωλεμέως· οὐ γάρ τι κακοῦ παύοντο μόθοιο·
Οὐδέ σφιν μάλα δηρὸν ὑπ' Αρεῖ τειρομένοισιν
Εσκε λύσις καμάτοιο, πόνος δ' ἄπρηκτος ὀρώρει.

493. Δυσμενέεσσιν μάρναντα ται, vel Δυσμενέεσσι μάχονται. ἀνάλκιδες] Δυσμενίσι μάρναν- Rhod.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

(ης

Ἀλλ' ὅτε δὴ μάλα πολλὰ κάμον περὶ τείχεος Τροί-
Αἰχμηταὶ Δαναοὶ, πολέμου δ' οὐ γίνετο τέκμωρ,
Δὴ τότ' ἀριστήων ἄγυριν ποιήσατο Κάλχας,
Εὖ εἰδὼς ἀνὰ θυμὸν, ὑπ' ἐννεσίης Εκάτοιο,
Πτήσιας οἰωνῶν, ἠδ' ἀστέρας, ἄλλα τε πάντα
Σήμαθ', ὅσ' ἀνθρώποισι θεῶν ἰότητι πέλονται·
Καί σφιν ἀγειρομένοισιν ἔπος ποτὶ τοῖον ἔειπε·

Μη-

1. Πολλὰ κάμον περὶ τείχεος Τροίης] περὶ τείχεα, vel τείχεσι. Rhod. περὶ τείχεα emendant Brodæus & Rhodomannus. Quid vetor ſcribere περὶ τείχεος ἱρῦ, ſacri, θεοκμήτυ, ab Apolline & Neptuno ducti? Τροίης Gloſſema fuerit, quod ex ora in Verſum inſcite irrepſerat. περὶ τείχεος: quia ſolido libro antecedente id pugnatur: a Trojanis, ut a ſacrę

Imbelles hoſtibus repugnant: ſi vero quid vales,
Armatus extra mœnia præſtolator, ut experiaris,
Quid audax Pœantis filius & haſta & ſagittis poſſit.
Sic ait: Huic vero nihil intrepidus Anchiſæ natus,
Quamlibet cupiens, reſpondet. Quia coortum fuerat
Ærumnoſum undique circum urbis mœnia certamen,
Et quidem indeſinenter. Nec enim de pugna infeſta quicquam remittebant,
Nec ipſis diutiſſime licet bello vexatis,
Relaxatio dabatur ærumnarum. Labor tamen inefficax erat.

494. Ισχεο τείχεος ἴκτος ἐν ἔντεσιν] Ερχεο τείχεος ἴκτος. *Rhod.*

QUINTI CALABRI
PRÆTERMISSORUM AB HOMERO
LIBER DUODECIMUS.

CUm itaque plurimum laboris inſumſiſſent circa mœnia Trojæ
Haſtipotentes Danai, nec dum bello finis imponeretur:
Tandem Calchas proceres in conſilium vocat;
Inſtinctu Apollinis, exploratos animo habens
Avium volatus, & ſtellarum portenta, cæteraque omnia
Prodigia, quæ Deorum voluntate hominibus obtinguntur:
Et hujusmodi eos oratione congregatos alloquitur.

Ne

ſacro muro vim hoſtilem defendant: a Græcis, ut demoliantur. Non περὶ τείχεα dumtaxat; ſed in ipſis foſſis, ageribusque murorum ſtat prælium. *Dausq.* Mireris, mireris hominis acumen. Ego Brodæum & Rhodomannum ſequor. *Pauw.*

Μηκέτι πὰρ τείχεσσιν ἀφεζόμενοι πονέεσθε,
Αλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἐνὶ φρεσὶ μητιάασθε,
Η δόλον, ὃς νήεσσι, καὶ ἡμῖν ἔσσετ' ὄνειαρ·
Η γὰρ ἔγωγε χθίζον ἐσέδρακον ἐνθάδε σῆμα·
Ιρηξ σεῦε πέλειαν· ἐπειγομένη δ' ἄρα κείνη,
Χηραμὸν ἐς πέτρης κατεδύσατο· τὴ δὲ χολωθεὶς
Αργαλέως, μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἀγχόθι μίμνε
Χηραμοῦ· ἣ δ' ἀλέεινεν· ὁ δ' ἐνθέμενος χόλον αἰνὸν,
Θάμνῳ ὑπεκρύφθη· ἣ δ' ἔκθορεν ἀφραδίῃσιν,
Εμμεναι ἐλπομένη μιν ἀπόπροθεν· ὃς δ' ἐπαρθεὶς,
Δίλαίῃ τρήρωνι φόνον στονόεντ' ἐφέηκε·
Τῷ νῦν μήτι βίῃ πειρώμεθα Τρώϊον ἄστυ
Περσέμεν, ἀλλ' εἴ τι που δόλος ἀνύσσῃ, καὶ μῆτις·
Ως ἄρ ἔφη· τῶν δ' οὔτις ἔφη Φρεσὶ τεκμήρασθαι
Αλκαρ ὀϊζυροῖο μόθου· δίζοντο δὲ μῆχος
Εὑρέμεναι· μοῦνος δὲ σαοφροσύνῃσι νόησεν
Υἱὸς Λαέρταο, καὶ ἀντίον ἔκφατο μῦθον·
Ω φίλ', ἐπουρανίοισι τετιμένε πάγχυ θεοῖσιν,
Εἰ ἐτεὸν πέπρωται ὑπ' Τολέμοισιν Αχαιοῖς
Εκπέρσαι Πριάμοιο δολοφροσύνῃσι πόληα,
Ἵππον τεκτήναντες, ἀριστέες ἐς λόχον ἄνδρες
Βησόμεθ' ἀσπασίως· λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι
Ες Τένεδον σὺν νηυσὶν, ἐνιπρῆσαι δ' ἄρα πάντα
Ες κλισίην, ἵνα Τρῶες ἀπ' ἄστεος ἀθρήσαντες,

Ες

8: πὰρ τείχεσσιν ἀφιζόμενοι πονέεσθε] ἐφιζόμενοι. *Rhod.*

10. ὃς νήεσσι, καὶ ἡμῖν ἔσσετ' ὄνειαρ] Durum & incongruum eſt illud νήεσσι, & quidem primo loco ante ἡμῖν: Sic tamen ipſe Quintus, niſi omnia me fallant. *Pauw.*

13. τῇ δὲ χολωθεὶς Αργαλέως] τῇ δ' ὁ χολωθεὶς. *Rhod.*

ὃς δὲ χολωθεὶς, non deterius, ſed paulo remotius eſſet. *Pauw.*

17. ὃς δ' ἐπαρθεὶς] ὃς δ' ἐπαιρθεὶς. *Rhod.*

20. ἀλλ' εἴ τι που δόλος ἀνύσσῃ, καὶ μῆτις] εἴπου τι δόλος, καὶ μῆτι ἀνύσσῃ. *Rhod.*

29. λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι] Recte Aldus λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι: Baſileenſes perperam, λαοίτ' ἀπὸ νό-

Ne amplius muros (Trojæ) obſidendo bellum ducatis:
Quin aliud animis (veſtris) conſilium verſetis,
Aut dolum, qui navibus & vobis (ipſis) ſit emolumento.
Etenim heri mihi hic oblatum eſt augurium:
Accipiter columbam perſequebatur: illa autem agitata
In cavernam ſcopuli ſe ſubducebat: cui infenſus (ille)
Graviter, ad longum tempus manebat prope
Receſſum: at illa ſibi cavebat. Tandem ſævam iram infixam gerens,
Dumeto ſe abſcondit: illa igitur imprudenter evolat,
Putans ipſum procul abeſſe; qui ubi ſe ſuſtuliſſet,
Luctuoſam necem miſeræ columbæ immiſit.
Quare ne amplius vi tentemus urbem Trojanam
Capere, ſed an dolus & conſilium aliquid forte efficiat (periclitemur.)
Sic ait. At nemo illorum ſe ratione aliqua diſpicere dixit
Ærumnoſi belli remedium: quamvis cuperent fabricam (aliquam)
Reperire. Solus autem ſolertia ſua excogitavit (quippiam)
Laertæ filius, & contra hæc verba edidit.
Amice (Calcha,) omnino Diis cæleſtibus honorate;
Si vere in fatis eſt, ut belligeri Argivi
Dolis Priami urbem expugnent:
Fabricato equo, viri principes ad inſidias occultas
Ingrediemur eum promtè. Copiæ autem recedant
Navibus in Tenedum, & incendant omnia
In caſtris: ut Troës ex urbe conſpicati,

Depo-

νόσφι: quod Rhodomannus correxit in Notis. Illud νίεσθαι vice imperativi non diſplicet, ſed durius mihi videtur hoc loco: Maluerim ἀπὸ νόσφι νίεσθαι. Lapſus eſt facilis, & qui Verſui ſequenti ſic etiam obfuit ſtatim: Nam & ibi ſcripſerim non invitus, ἐπιπρήσαιντο δὲ πάντα, vel δ' ἅπαντα. Si ſuperiora cum his connectas, & inprimis principium orationis, εἰ ἐτεὸν πίπρανται, credo, ad cohærentiam attendens, ſuffragaberis mihi non difficulter. *Pauw.*

31. Ες κλισίην] Ες κλισίας. *Rhod.*

Ες πεδίον προχέωνται ἀταρβέες· ἀλλά τις ἀνὴρ
Θαρσαλέος, τόν γ' οὔτις ἐπίσταται ἐν Τρώεσσι,
Μιμνέτω ἐκτοθ' ἵππου, ἀρήϊον ἐνθέμενος χῆρ,
Οστις ὑποκρίναιτο, βίην ὑπέροπλον Αχαιῶν,
Ρέξαι ὑπὲρ νόστοιο λιλαιομένων μιν, ἀλύξαι,
Ἱππῳ ὑποπλήξας εὐεργέϊ· τόν δ' ἐκάμοντο
Παλλάδι; χωομένη Τρώων ὑπὲρ αἰχμητάων·
Καὶ τὰ μὲν ὡς ἐπὶ δηρὸν ἀνειρομένοισι πιφαύσκειν,
Εἰσόκε οἱ πεπίθωνται, ἀταρτηροίπερ ἐόντες,
Ες δὲ πόλιν μιν ἄγωσι θοῶς ἐλεεινὸν ἐόντα,
Οφρ' ἡμῖν ἀλεγεινὸν ἐς Αρηα σῆμα πέληται,
Τοῖς μὲν ἄρ' αἰθαλόεντα θοῶς ἅμα πυρσὸν ἀείρας,
Τούς δ' ἄρ' ἐποτρύνας ἐκβήμεναι εὐρέος ἵππου,
Οππότε Τρῴοι υἷες ἀκηδέες ὑπνώουσιν.
Ως Φάτο· τόν δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον· ἔξοχα δ' ἄλλων
Κάλχας μιν θαύμαζεν, ὅπως ὑπεθήκατ' Αχαιοῖς
Μῆτιν, καὶ δόλον ἐσθλὸν, ὃς Αργείοισιν ἔμελλεν
Νίκης ἔμμεναι ἄλκαρ, ἀτὰρ μέγα Τρωσὶ πῆμα·
Τοὔνεκ' ἀριστῆεσσιν ἐϋπτολέμοισι μετηύδα·

Μη-

33. τόν γ' οὔτις ἐπίσταται ἐν Τρώεσσι] Ita Aldus: Basileenses & Rhodomannus minus bene, τόν δ' οὔτις. *Pauw.*

34. Μιμνέτω ἐκτοθ' ἵππου] Μιμνέτω ἔκτοθεν ἵππου. *Rhod.*

37. Ἱππῳ ὑποπλήξας εὐεργέϊ] ὑποπτήξας. *Rhod.* Brodæo arridet ὑποπλέξας, hæc verbis contexens. Rhodomanno ὑποπτήξας, cum se timide sub equum recepisset: sensu commodo. Ego Ἱππῳ ὑπαλγήσας, sub equo dolens, & dolorem ostentans: ex quo infra legimus Σίνωια δυσάμμορον. Vel, Ἱππῳ ὑποβρύξας, sub equo dormitans, ut somnum captarit, quo se in Troum laqueos scienter velut nescienter indueret. Vel, Ἵππου ὑποπτύξας εὐεργέα, equum amplexus factum fabre. Cum enim donum esset Minervæ, & suppositicius equus sacro Palladio surrepto, fuit instar aræ sacræ miseris, & supplicibus confugium, ac tutela: Quod paullo post suggesto versu firmatur:

Αθαιάταν βουλῇσι παραὶ ποσὶ κάππεσον ἵππου·
Οἱ δὲ καὶ οὐκ ἐθέλοντες ἀναγκαίῃ με λίποντο,
Αζόμενοι μεγάλοιο Διὸς κρατερόφρονα κούρην.

Hæc

Depoſito metu in campum erumpant. Sed vir quiſpiam
Audax, quem nemo inter Trojanos novit,
Extra equum maneat, Martium ſibi animum indens:
Qui ſimulet, ſe vim Argivorum prævalidam,
Pro reditu ipſum immolare volentium, effugiſſe,
Cum ſe timide ſub equum fabrefactum recepiſſet: quem condiderint
Palladi, offenſæ propter haſtigeros Trojanos.
Et hæc prolixe ſciſcitantibus ita commemoret,
Donec ei fidem, quamlibet difficiles, adhibeant;
Eumque ſtatim in urbem ducant, miſerabilem viſu,
Quo luctificæ nobis irruptionis ſignum oſtendat,
Aliis quidem (in Tenedo,) ardentem ſubito facem attollens,
Alios vero ex capaci equo exire jubens,
Quando Trojani curarum expertes ſomnum carpent.
Sic ait: Hunc igitur omnes prædicant, & præ aliis
Calchas eum demiratur, quod fuggeſſiſſet Argivis
Bonum conſilium, & dolum, qui Argivis futurus
Erat victoriæ adjumentum; at ingens clades Trojanis.
Ideo ad bellicoſos principes ſic verba fecit.

No-

Hæc Sinon. *Dausq.* Unum Rhodomanni ὑποπτήξας bonum eſt. *Pauw.*

39. Καὶ τὰ μὲν ὡς ἐπὶ δηρὸν ἀντιρομένοισι πιφαύσκειν] Hic etiam malo πιφαύσκῃ: Sic μιμνέτω, & omnis verborum cohærentia nitet. *Pauw.*

41. Ες δὲ πόλιν μιν ἄγωσι θοῶς ἐλεεινὸν ἐόντα, Οφρ' ἡμῖν] Scribe: ἄγωσι, τέως ἐλεεινὸν ἐόντα, Οφρ' ἡμῖν, tantisper miſerum, dum nobis. *Dausq.* Non diſplicet: Nam revera minus congruum eſt θοῶς, ubi præcedit ἐπὶ δηρὸν. An tamen legendum potius, Ες δὲ πόλιν μιν ἄγωσιν ὅλως ἐλεεινὸν ἐόντα? Attende; illud Dausqueji nimis fere acutum eſt. *Pauw.*

42. ἀλιγεινὸν ἐς Αρηα σῆμα πέληται] ἐς Αρια. *Rhod.* σῆμα πέληται, *ſignum ſit*, *ſignum fiat*: Locutio minus apta de homine. δάος ὄφρα πέληται de pice, rectius eſt Lib. 9. V. 453. *Pauw.*

43. αἰθαλόεντα θοῶς ἅμα πυρσὸν ἀείρας] Non convenit ἅμα hoc loco: legendum ſine dubio ἀνὰ πυρσὸν ἀείρας. In poſteriori articulo collocari potuiſſet ἅμα. *Pauw.*

45. Οππότε — ὑπιώσιν] ὑπιώσιν, vel ὑπιώτουσιν. *Rhod.* Non neceſſe. *Pauw.*

Μηκέτι νῦν δόλον ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μητιάασθε,
Ω φίλοι, ἀλλὰ πίθεσθε ἐϋπτολέμῳ Ὀδυσῆϊ·
Οὐ γάρ οἱ ἔσσετ' ἄπρηκτον ἐϋφρονέοντι νόημα·
Ἠδη γὰρ Δαναοῖσι θεοὶ τελέουσιν ἐέλδωρ·
Σήματα δ' οὐκ ἀτέλεστ' ἀναφαίνετ' ἄλλοθεν ἄλλα
Ζηνός· ἃ μὲν γὰρ ὑπὲρ μέγα κτυπέουσι δι' αἴθρης
Βρονταὶ ὁμῶς στεροπῇσι· παραΐσσουσι δὲ λαοὺς
Δεξιοὶ ὄρνιθες, ταναὴ ὀπὶ κεκληγότες·
Αλλ' ἄγε μηκέτι πολλὸν ἐπὶ χρονὸν ἀμφὶ πόληα
Μίμνωμεν· Τρῳσὶ γὰρ ἐνέπνευσεν μέγ' ἀνάγκη
Θάρσος, ὅπερ πρὸς Αρηα καὶ οὐτιδανόπερ ἐγείρει·
Κάρτιστοι δὲ τότ' ἄνδρες ἐπὶ μόθον, ὁππότε θυμὸν
Παρθέμενοι, στονόεντος ἀφειδήσουσιν ὀλέθρου·
Ως νῦν Τρῴῃσι υἷες ἀταρβέες ἀμφιμάχονται
Αστυ περὶ σφέτερον· μέγα δέ σφιν μαίνεται ἦτορ.
Ως φάμενον, προσέειπεν Αχιλλέος ὄμβριμος υἱὸς·
Ω Κάλχαν, δηΐοισι κατ' ἀντίον ἄλκιμοι ἄνδρες
Μάρναθ'· ὅσσοι δ' ἐκτὸς ἀλευάμενοι ἀπὸ πύργων
Οὐτιδανοὶ πονέονται, ὅσων φρένα δεῖμα χαλέπτει·
Τῷ νῦν μήτι δόλον φραζώμεθα, μήτέ τι μῆχος
Αλλο· πόνῳ γὰρ ἔοικεν ἀριστέας ἔμμεναι ἄνδρας,

Καὶ

51. ἐνὶ φρεσὶ μητιάασθε] Videnum rectius legatur, μητιάασθαι. & in sequenti versu πιθέσθαι. enallage Græcis Poetis usitata. *Rhod.* Ita Rhodomanus; ut Versus sequens esset compactior: Nam alia non potest esse emendandi ratio: At hiatus ibi non magis metuendus, quam alibi. *Pauw.*

52. ἐϋπτολέμῳ Ὀδυσῆϊ ἀριστέτερον ἐϋπτολέμοισι præcessit. *Pauw.*

55. ἀναφαίνετ' ἄλλοθεν ἄλλα] ἀναφαίνεται ἄλλοθεν ἄλλα. *Rhod.*

56. ἃ μὲν γὰρ ὑπὲρ μέγα κτυπέουσι δι' αἴθρης] ὑπερθε μέγα. *Rhod.* Hircum olet ἃ, & expellendum est procul: Quid si legamus, αἱ μὲν γὰρ ὑπερθε μέγα κτυπέουσι δι' αἴθρης Βρονταὶ ὁμῶς στεροπῇσι? Id sane sententia & Syntaxis sibi expetit: αἱ βρονταὶ. At sic Versus non habet Dactylum, sed Amphimacrum in principio: Quid igitur? Eumine hic admittemus? Possumus hercule: Alias excogitandum est aliud remedium.

Visne

Nolite alterius porro doli rationes vobiſcum inire
Amici, ſed obſequimini pugnaci Ulyſſi.
Commentum enim hujus prudentis viri non irritum erit.
Jam enim Dii Græcis deſiderium perficient:
Nec vana hinc inde ſigna exhibentur
A Jove. Namque deſuper magnum fragorem edunt per ſudum
Tonitrua cum fulgetris, & prætervolant populum
Aves dextræ, intenſa voce clangentes.
Quare ne quæſo longo tempore in urbis obſidione
Commoremur. Trojanis enim neceſſitas inſpiravit magnum
Animi robur, quæ ad defenſionem etiam ignavum exſtimulat.
Et fortiſſimi tunc ſunt homines ad pugnam, cum animis
Obfirmatis luctificam mortem contemnunt.
Ut nunc Troum nati abjecto terrore propugnant
Pro urbe ſua, valdeque ipſis animus furit.
Ita loquentem interpellavit fortis Achillis natus.
Heus Calcha, ſtrenui viri comminus cum hoſtibus
Pugnant: Extra autem conſpectum caute rem gerentes de turribus,
Præliantur imbelles, quorumcunque animum timor infringit.
Quare nequaquam dolos nunc meditemur, aut machinas
Alias; labore enim viros præcellere decet,

Et

Viſne ſuſpicionem aliam? Legi poſſet, Σήματα δ' οὐκ ἀτέλις' ἀναφαίνει ἄλλοθεν ἄλλα Ζεὺς· αἰ μὲν γὰρ &c. et quidem commode ac minima mutatione. Quare vide, & elige nunc, ſi melius non ſuppetat tibi. *Pauw.*

58. ταυαὴ ἐπὶ κεκληγότες] κεκληγόντες, ut Odyſſ. Ξ. *Rhod.*

63. ϛονόεντος ἀφειδήσουσιν ὀλέθρῳ] ἀφειδήσασιν. *Rhod.*

67. δηΐοισι πατ' ἀντίον ἄλκι· μοι] κατάντίον. *Rhod.*

68. ὅσσοι δ' ἐκτὸς ἀλευάμενοι ἀπὸ πύργων Οὐτιδανοὶ &c] Μάρναν θ'· ὅσσοιν δ' ἐκτὸς: vel ἄλλοι δ' ἐκτὸς. *Rhod.* Locus corruptus: Rhodomanni ὅσσοιν non eſt unius aſſis: ἄλλοι aptius & melius: Nec tamen id probo; quia plane legendum ſuſpicor, Μάρναντ' τοὶ δ' ἐκτὸς. vel οἳ δ' ἐκτὸς ἀλευάμενοι ἀπὸ πύργων Οὐτιδανοὶ ποιέονται, ὅταν &c.

Καὶ δορὶ· θαρσαλέοι γὰρ, ἀμείνονες ἐν δαΐ φῶτες.
Ὡς φάμενον, προσέειπε μένος Λαερτιάδαο·
Ὦ τέκος ὀμβριμόθυμον ἀταρβέος Αἰακίδαο,
Ταῦτα μὲν ὡς ἐπέοικεν ἀμύμονι φωτὶ, καὶ ἐσθλῷ,
Θαρσαλέως μάλα πολλὰ πονεύμενοι· ἀλλ' ἄγε θᾶσσον*
Κάλχαντος βουλῇσι θοὰς ἐπὶ νῆας ἰόντες,
Ἵππον τεκταίνωμεν ὑπαὶ παλάμῃσιν Ἐπειοῦ,
Ὅς ῥά τε πολλὸν ἄριστος ὑπ' Ἀργείοισι τέτυκται,
Εἵνεκα τεκτοσύνης· δέδαεν δέ μιν ἔργον Ἀθήνη.
Ὡς φάτο· τῷ δ' ἄρα πάντες ἀριστῆες πεπίθοντο,
Νόσφι Νεοπτολέμοιο δαίφρονος· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν
Πείθε Φιλοκτήταο νόον, κρατερὰ φρονέοντος·
Υσμίνης γὰρ ἔτ' ἔσκον ὀϊζυρῆς ἀκόρητοι·
Ὥρμαινον δὲ μάχεσθαι ἀνὰ κλόνον· ἀμφὶ δὲ λαοὺς
Σφωϊτέρους ἐκέλευον ἀπειρέσιον περὶ τεῖχος
Πάντα φέρειν, ὅσα δῆριν ἐνὶ πτολέμοισιν ὀφέλλει,
Ἐλπόμενοι πτολίεθρον εὐκτίμενον ἐξαλαπάξαι·
Ἀμφὼ γὰρ βουλῇσι θεῶν ἐς δῆριν ἵκοντο·
Καὶ νύ κεν αἶψα τέλεσσαν, ὅσα σφίσιν ἤθελε θυμὸς,

Sic nihil concinnius : Vident periti. *Rhaw.*

72. *Καὶ δορὶ· θαρσαλέοι γὰρ, ἀμείνονες ἐν δαΐ φῶτες*] *θαρσαλέοι σ' ἄρ'. Rhod.* Pro Aldino *δορὶ* Basileenses *δορὺ*: quod in Notis correxit etiam Rhodomannus. *Rhaw.*

75. *Ταῦτα μὲν ὡς ἐπέοικεν ἀμύμονι φωτὶ, καὶ ἐσθλῷ*] Hic aliquid omissum esse conjectura est non dubia: cujus quia jam copia non datur, lege cum Brodæo *πονευμένῳ* in Versu sequenti. *Rhod.* Deest aliquid in hanc sententiam:

— *πονεύμενοι ἀμφὶ πόλῃα*
Πολλὰς δὴ Τρώων προϊάψαμεν Αἴδι, πολλαὶ
Ψυχαὶ σ' Ἀργείων μάλα γ' εὐκλειῶς ἀπόλοντο
Καππεδίον· καὶ νῦν δικάτῳ λυκάβαντος ἰόντος
Οὐδέτι πω τέκμωρ Τροίην ἀναφανδὸν ἑλέσθαι·
Χρὴ δέ τι μῆχος ἄρειον ἰφευρεῖν· ἀλλ' ἄγε θᾶσσον &c.

Dausq. Hic sine dubio interciderunt quædam, neque corrigere debemus, quæ aperte mutila sunt. Brodæi commentum revera est jejunum: Plura enim dixit Ulysses, Orator non indoctus. Ille autem *πονευμέ-*

Εἴ

Et haſta (virtute bellica :) in prælio enim præſtantiores ſunt viri fortes.
Hæc diſſerentem conſtans Laertiades affatur.
O magnanime imperterriti Æacidæ fili,
Iſta quidem (dicis,) ut virum honeſtum & fortem decet,
Qui multos labores audacter ſuſcipit : verum age ocius
Calchantis conſiliis ad rapidas naves digreſſi,
Equum fabricemus manibus Epei,
Qui inter Argivos longe optimus exſiſtit
Architecturæ cauſa. Minerva enim fabrile opus ipſum docuit.
Sic ait, & cuncti optimates illi morem geſſere,
Excepto pugnaci Neoptolemo, nec fortem
Philoctetæ, ſemper ardua ſpirantis animum inducere potuit.
Nondum enim calamitoſi conflictus ſaturi erant,
Sed cupiebant prælio diſceptare : & milites
Suos jubebant circa vaſtum murum
Omnia deferre, quæ oppugnationem in bellis adjuvant,
Sperantes munitam ſe urbem expugnaturos :
Siquidem ambo Deorum conſiliis ad certamen venerant.
Et ſine mora perfeciſſent, quæ animus illis affectabat :
Niſi

νῷ legens, ὡς pro οὕτως ſumſit, non pro ὥσπερ : Id certum & perſpicuum. At mihi cum Interprete ὡς pro ὥσπερ placet, ut ſic mutilatio ſit apertior, & verba ad Sermonis Analogiam ſint accommodata magis : Quare & ὡς legendum potius, quam ὡς. Deſunt autem, niſi fallor, ea, quibus Ulyſſes dixit, Græcos etiamſi nunc dolo uterentur, pro imbellibus haberi non poſſe, quia tot fortitudinis ſpecimina antea ediderant : Quo pertinent Θαρσαλέως μάλα πολλὰ ποιεύμενοι : quæ Græcos reſpiciunt certo certius. Dausquejana non placent. *Pauw.*

79. πολλὸν ἄριστος ὑπ' Αργείοισι τέτυκται] ἐν Αργείοισι. *Rhod.*

88. Ελπόμενοι πτολίεθρον ἐϋκτίμενον ἐξαλαπάξαι] ἐΰκτιτον. niſi quis præciſa ἐξ ab ultima voce pro Dactylo Tribrachyn in quinta regione malit. *Rhod.* Utrumque in Libris olim repertum, πτολίεθρον ἐΰκτιτον ἐξαλαπάξαι, & πτολίεθρον ἐϋκτίμενον ἁλαπάξαι : Ex confuſa enim lectione diverſa haud dubie error. De Tribrachi non cogitandum, ubi cæſura adeſt. *Pauw.*

Εἰ μὴ Ζεὺς νεμέσησεν ἀπ' αἰθέρος, ἀμφὶ δὲ γαῖαν
Αργείων ἐλέλιξεν ὑπαὶ ποσὶ, σὺν δ' ἐτίναξεν
Ηέρα πᾶσαν ὕπερθε, βάλεν δ' ἅμα πάντα κεραυνὸν
Ηρώων προπάροιθεν· ὑπεσμαράγησε δὲ πᾶσα
Δαρδανίη· τῶν δ' αἶψα μετετράπετ' ἠὺ νόημα
Ες Φόβον· ἐκ δ' ἐλάθοντο βίης, καὶ κάρτεος ἐσθλοῦ·
Καί ῥα κλυτῷ Κάλχαντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι πίθοντο·
Ες δ' ἄρα νῆας ἴκοντο σὺν Αργείοισι καὶ ἄλλοις,
Μάντιν ἀγασσάμενοι, τὸν ἄρ ἐκ Διὸς ἔμμεν ἔφασαν,
Η Διὸς, ἢ Φοίβοιο· πίθοντο δέ οἱ μάλα πάντα·
Ημος δ' αἰγλήεντα περιστρέφετ' οὐρανὸν ἄστρα
Πάντοθε μαρμαίροντα, πόνου δ' ἐπιλήθεται ἀνὴρ,
Δὴ τότ' Αθηναίη, μακάρων γένος ἀμφιλιποῦσα,
Ηλυθε παρθενικῇ ἀταλάφρονι πάντ' εἰκυῖα
Ες νῆας, καὶ λαὸν· ἀρηϊφίλου δ' ἄρ Επειοῦ
Εστη ὑπὲρ κεφαλῆς ἐν ὀνείρατι, καί μιν ἀνώγει
Τεῦξαι δούρειον ἵππον· ἔφη δέ οἱ ἐγκονέοντι
Αὐτὴ συγκαμέειν· αὐτὴ δ' ἄφαρ ἔνδοθι βῆναι
Εἰς ἔργον ὀτρύνουσα· θεῆς δ' ὄγε μῦθον ἀκούσας,
Καγχαλόων ἀνὰ θυμὸν, ἀκηδέος ἔκθορεν ἵππου·
Εγνω δ' ἀθάνατον θεὸν ἄμβροτον· οὐδέ οἱ ἦτορ
Αλλο παρὲξ ὥρμαινε, νόον δ' ἔχεν αἰὲν ἐπ' ἔργῳ

Θεσπε-

93. Ηέρα πᾶσαν ὕπερθε] Scribendum Ηέρα πάντα: Nam masculum est ἀὴρ pro aëre. *Pauw.*

Ibid. βάλεν δ' ἅμα πάντα κεραυνὸν] ἀκάμαντα κεραυνὸν. *Rhod.* Perbene: quanquam ἀδάμαντα profecto non deterius esset. *Pauw.*

97. καὶ οὐκ ἐθέλοντι πίθοντο] ἐθέλοντε. *Rhod.* Non necesse, si mutato accentu legas ἐθέλοντι. *Pauw.*

99. τὸν ἄρ ἐκ Διὸς ἔμμεν ἔφασαν] ἔφησαν, vel ἔφασκον. *Rhod.*

100. Η Διὸς, ἢ Φοίβοιο] Disertius & emaculatius fuisset, Εκ Διὸς, ἢ Φοίβοιο. *Pauw.*

105. ἀμφιλιποῦσα] Nonne pro ἀμφὶ λιποῦσα, & ἀμφὶς λιποῦσα. *seorsum linquens?* Sic ἀμφιβατεῖν pro ἀμφισβητεῖν, & ἀμφιγνοεῖν pro ἀμφισγνοεῖν habemus: Vide Hesychium in Le-

Niſi Jupiter indignationem oſtendiſſet de cælo. Nam terram circumquaque
Sub pedibus Argivum tremefecit, & concuſſit
Omnem ſuperne aëra, & rapidum intorſit fulmen,
Ante heroës: unde infremuit omnis
Dardania. Quare audax illorum propoſitum ſubito convertitur
In pavorem, & obliviſcuntur impetus ac ſtrenui roboris,
Atque celebri vati etiam nolentes parent.
Contulerunt igitur ſe in naves una cum aliis Argivis,
Vatem ſuſpicientes, quem ex Jove eſſe dicebant,
A Jove (equidem) aut certe a Phœbo, eique in omnibus morem geſſerunt.
Cum vero fulgido in cælo ſydera circumvolvuntur
Undique ſplendentia, & laborum obliviſcitur mortalis;
Ecce, Minerva gente Deorum relicta,
Omnia teneræ virgini aſſimilis, venit
Ad naves & exercitum Græcorum, & bellacis Epei
Supra caput aſtitit in ſomnio, atque ipſum juſſit
Ligneum equum conſtruere: illique promiſit ſi operi incumberet,
Se ipſam auxiliaturam, & mox ipſam equum ingreſſuram eſſe;
Ad opus (ita) inſtigans: is igitur auditis Deæ verbis,
Animo lætatus, ſecuro e ſomno ſubſilit,
Deamque immortalem ac beatam agnoſcit; nec corde ſuo
Aliud præter (equum) voluit: ſed mentem ſemper habet in opere

Divi-

Lexico. *Pauw.*

108. *αὐτὴ δ' ἄφαρ ἔνδοθι βῆναι*] Minerva in equum non ingreſſa eſt cum Heroibus: Et quid igitur? An mendax fuit Dea, & hic dixit, quæ facere non habebat in animo? Haud puto. Vitium mea opinione delitescit, & ſcribendum, *αὐτὴ δ' ἄφαρ ἐγγύθι βῆναι* &c. Sic nihil verius & convenientius: Pueri vident. *Pauw.*

109. *Εἰς ἔργον ὀτρύνουσα*] *Εργον ἐποτρύνουσα*, vel *ἐποτρύνασα*. *Rhod.* *Εργον εἰς ὀτρύνουσα* mihi non diſplicet. *Pauw.*

110. *ἀκηδίος ἴκβορεν ἵππων*] *ἴκβοριν ἵππων*. *Rhod.*

Θεσπεσίῳ· πινυτὴ δὲ περὶ Φρένας ἧιε τέχνη·
Ἠὼς δ' ὁππόθ' ἵκανεν, ἀπωσαμένη κνέφας ἠϋ
Εἰς ἔρεβος, χαροπὴ δὲ δι' ἠέρος ἧιεν αἴγλη,
Δὴ τότε θεῖον ὄνειρον ἐν Ἀργείοισιν Ἐπειὸς,
Ὡς ἴδεν, ὡς ἤκουσεν, ἐελδομένοισιν ἔειπεν·
Οἱ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο·
Καὶ τότ' ἄρ' Ἀτρέος υἱέες ἄγγεα τηλεθάοντα
Ἰδὴς ὑψικόμοιο θοοὺς προέηκαν ἰκέσθαι
Ἀνέρας· οἱ δ' ἐλάτῃσιν ἐπιβρίσαντες ἐς ὕλην,
Τάμνον δένδρεα μακρὰ· περιϰτυπέοντο δὲ βῆσσαι
Θεινομένων· δολιχαὶ δὲ κατ' ἰκρία μακρὰ κολῶναι
Δεύονθ' ἑκ ξυλόχοιο· νάπη δ' ἀνεφαίνετο πᾶσα·
Πρέμνα δ' ἀπαυαίνοντο βίην ποθέοντ' ἀνέμοιο·
Καὶ τὰ μὲν ἀρ πελέκεσσι διατμήγοντες Ἀχαιοὶ,
Εσσυμένως φορέεσκον ἐπ' ἠόνας Ἑλλησπόντου
Ἐξ ὄρεος λασίοιο· μόγησε δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ
Αἰζηῶν τε, καὶ ἡμιόνων· πονέοντο δὲ λαοὶ
Ἀλλοθεν ἄλλος, ὑποδρήσσοντες Ἐπειῷ. *

Οἱ

118. Οἱ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο] Vulgo εἰσαΐοντες cum caſu ſecundo vel quarto conſtruitur: Quare pronomen οἱ vel a κεχάροντο pendet, vel mutandum eſt in ἑ aut οὗ. *Pauw.*

119. Ἀτρέος υἱέες ἄγγεα τηλεθάοντα] Ἀτρέος υἷες ἐς ἄγκεα, vel υἷε ἐς ἄγκεα. *Rhod.* Pro ἄγγεα ſcribendum eſt ἄγκεα: υἱέες manere poteſt: Nam ut ipſi pueri ſciunt, ἰκέσθαι Ellyptice cum caſu quarto conſtrui ſolet; imo id venuſtius, quam ſi præpoſitio accedat. Verſus tamen paulo modulatior fere eſt, ſi υἷες vel υἷε ἐς legas: Et eo reſpexit forte Rhodomannus. *Pauw.*

121. οἱ δ' ἐλάτῃσιν ἐπιβρίσαντες ἐς ὕλην] Pro ἐς ὕλῃ. Sed an ita ſcripſit forte ipſe Quintus? Sane potuit, neque alterum arceſſere habuit neceſſe. *Pauw.*

123. δολιχαὶ δὲ κατ' ἰκρία μακρὰ κολῶναι Δεύονθ' ἑκ ξυλόχοιο] κατ' οὔρια μακρά. *Rhod.* Rhodomannus ita legens, vertit, *ac longa in ſpacioſis montibus juga Lignis nudantur.* Perperam ſine dubio & imperite: Nam ξύλοχος non eſt lignum, ſed locus ligno abundans, ſylva, nemus: Hoc certum. δεύ-

ονθ'

Divino, & ſapiens ars circum præcordia ejus verſatur.
Cum tandem Aurora veniſſet denſasque abegiſſet tenebras
Ad Erebum, & roſeum per aëra jubar ſpargeretur:
Mox divinum inter Argivos ſomnium Epeus,
Ut viderat, ut audiverat, cupidis expoſuit:
Qui audientes ipſum gaudio incredibili perfunduntur.
Et tunc Atridæ in frondoſas Idæ
Alticomantis valles ire juſſerunt expeditos
Viros, qui abietibus robore ſuo incumbentes in ſylva,
Proceras arbores ſuccidunt; reſonantque convalles
Cæſarum impulſu, ac longa in ſpacioſis montibus juga
Lignis nudantur, omnisque pateſcit ſaltus;
Truncique areſcunt, venti flatum expetentes.
Quos ſecuribus ſcindentes Argivi,
Subito deportant ad Helleſponti littora,
Ex monte hirſuto. Tum occupatus erat in opere animus
Juvenum & mulorum, negotiumque habebant homines
Innumeri, alibi alii adminiſtrantes Epeo.

Pars

οντο autem ἐκ ξυλόχοιο non dicunt Græci, ſed δεύοντο ξυλόχοιο: Id etiam notum. Quare Verſio illa peſſime habet, & ipſa Græca, ſive cum Rhodomanno legas κατ' οὔρεα, ſive vulgatam lectionem ſequaris, etiam bona eſſe non poſſunt. Ne multis te morer, ſcribendum ſuſpicor, δολιχῶν δὲ κατ' ἠρίαι μακρὰ κολώνων Σεύοντ' ἐκ ξυλόχοιο, *antennæ vero & trabes longæ deturbabantur de jugis excelſis ex ſylva.* κατασεύοντο, cadebant præcipites. De cædendo loquitur τάμνον: de ſono cædendi περικτυπέοντο δὲ βῆσσαι: de ruina & lapſu hæc ipſa: Sic ordine progreditur oratio, & verba dicunt, quod debent: Hoc vides, ſpero. δολιχῶν κολώνων a κατὰ & κατασεύοντο pendet: Nam ἠρίαι μακρὰ δολιχῶν κολώνων, vel δολιχῶν κολώνων ἐκ ξυλόχοιο minus appoſitum eſſet hic. *Pauw.*

125. βίην ποθέοντ' ἀνέμοιο] Flacceſſit ποθέοντ' hoc loco. *Pauw.*

128. μόγησε δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ Αἰζηῶν τε, καὶ ἡμιόνων] Θυμὸς ἡμιόνων, ut θυμὸς αἰζηῶν: Quam ſuave & Scholaſticum hoc? *Pauw.*

130. Αλλοθεν ἄλλος, ὑποδρήσσοντες Επειῷ·] Μύριοι ἄλλοθεν. *Rhod.* Αλλοθεν ἄλλος ἑκοντὶ ὑποδρήσσοντες. Brodæus Πάντη ἄλλοθεν. Rhodomannus Μύριοι. *Dausq.* Verſus aperte mutilus, quem in-

Οἱ μὲν γὰρ τέμνεσκον ὑποκριθέντι σιδήρῳ
Δοῦρά τε, καὶ σανίδας διεμέτρεον· οἱ δ' ἄρ' ἀπ' ὄζους
Λείαινον πελέκεσσιν ἔτ' ἀπρίστων ἀπὸ φιτρῶν·
Αλλος δ' ἄλλο τὶ ῥέξε πονεύμενος· αὐτὰρ Επειὸς
Ιππου δουρατέοιο πόδας κάμεν· αὐτὰρ ἔπειτα
Νηδύα τ', ἠδ' ἐφύπερθε συνήρμοσε νῶτα, καὶ ἰξὺν
Εξόπιθεν· δειρὴν δὲ πάρος, καθύπερθε δὲ χαίτην
Αὐχένος ὑψηλοῖο καθήρμοσεν, ὡς ἐτεόντερ
Κινυμένην· λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔτρυχον οὐρὴν·
Οὔατα δ', ὀφθαλμούς τε διειδέας, ἄλλα δὲ πάντα,
Οἷς ἐπικίνυται ἵππος· ἀέξετο δ' ἱερὸν ἔργον
Ως ἐτεὸν ζώοντος, ἐπεὶ θεὸς ἀνέρι τέχνην
Δῶκ' ἐρατὴν· τετέλεστο δ' ἐπὶ τρισὶν ἤμασι πάντα
Παλλάδος ἐννεσίῃσι· πολὺς δ' ἐπεγήθησε λαὸς
Αργείων· θαύμαζε δ' ὅπως ἐπὶ δούρατι θυμὸς,
Καὶ

instaurare non poſſumus ſine Libris. Præcedentia loquuntur, de illis, qui in littore cum Epeo fabricabantur equum : Quare nota diſtinctionis commode adeſſet. An forte legendum, πονέοντο δὲ λαοὶ Θῖνα παρ' ἄλλοθεν ἄλλος, ὑποδρήσσοντες Επειῷ ? Id non ineptum certe. Interpretum commenta non placent. *Pauw.*

131. τέμνεσκον ὑποκριθέντι σιδήρῳ] ὑποκρινθέντι σιδήρῳ. Ita enim Poetæ κατ' ἀναλογίαν formant. *Rhod.* Recte Rhodomannus in Verſione Latina, *ferro diſcreto, ſerra* : κρίνω, *dirimo* : idem ὑποκρίνω : Locutio notanda, quæ paulo obſcurior certe. An peccaſſet Quintus, ſi ſcripſiſſet ὑποπρισθέντι σιδήρῳ, quod ipſum πρίονα deſignaſſet apertius? Non puto, hercule. *Pauw.*

134. Αλλος δ' ἄλλο τὶ ῥέξε] Ita recte Aldus : Baſileenſes ῥέξε : quod in ſua Editione expreſſit Rhodomannus. *Pauw.*

135. αὐτὰρ ἔπειτα Νηδύα τ'] Perquam ingratum eſt αὐτὰρ, ubi proxime præceſſit αὐτὰρ Επειὸς. An vitium forte ſubeſt, & ſcribendum, Ιππου δουρατέοιο πόδας κάμε· καὶ τάχ' ἔπειτα Νηδύα τ', ἠδ' ? Id certe ab Auctoris ſtylo non abluderet; At nihil affirmo. *Pauw.*

139. λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔτρυχον οὐρὴν] εὔτριχον : vel legi non incommode poteſt εὔτροχον, rotundam ſeu teretem. *Rhod.* Scribe εὔτριχον. Pariavit hæc Calaber : λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔτριχον οὐρὴν : nam equo juba, & cauda, ſi bene pilis horrificent, gemina ſunt ornamenta. *Dauſq.* εὔτριχον ego etiam

Pars enim ferro diſcreto (ſerra) ſecabant
Ligna, & aſſeres dimetiebantur: pars ramos
Levigabant ſecuribus a truncis nondum ſectis:
Aliusque alium peragebat laborem. At Epeus
Lignei equi pedes (primum) fabricavit, deinde vero
Ventrem; hinc deſuper coagmentavit dorſum & armos
Poſterius, & anterius cervicem, jubamque ſupra
Arduam cervicem concinnavit perinde, ac ſi vere
Se moveret; Hiſpidum etiam caput, & ſetoſam caudam,
Nec non oculos perſpicuos, & cætera cuncta,
Quibus equus movetur: ſacrumque opus creſcebat,
Ut (equi) vere viventis: ſi quidem Dea artem viro
Amabilem dederat; Adeoque intra triduum cuncta abſoluta erant,
Palladis afflatu; & populoſus ſuper hoc gaudebat exercitus
Græcorum, ac mirabatur quanam ratione ligno animus

Et

etiam ſcribo: ἰύτροχον in cauda protenſa equi, non video quem uſum & Energiam habere poſſit. Pro λάσιον δὲ κάρη rectius legas, λάσιόν τε κάρη. *Pauw.*

140. ἄλλα δὲ πάντα] Hic etiam exaſciatius legeretur, ἄλλα τε πάντα: Et ſic Aldina. *Pauw.*

141. Οἷς ἐπικίνυται ἵππος] Locutio jejuna & minus apta: Præcedit enim, Οὔατα δ', ὀφθαλμούς τε, ἄλλα δὲ πάντα: oculis autem, & aliis membris præter pedes, de quibus antea actum, non movetur equus, ſed illa cum equo pedum miniſterio moventur una. An aliud dedit Quintus? Neſcio, & non ſuccurrit, quod commode ſubſtitui poſſit. Sed an ſcribendum forte, Οἷς ἐπιγίνεται, vel Οἷς ἔπι γίνεται ἵππος, *quibus equus ſit equus, & equus eſt?* Cogitandum. *Pauw.*

144. πολὺς δ' ἐπιγήθησε λαὸς] ἐπιγήθει λαός. *Rhod.*

145. θαύμαζε δ' ὅπως ἐπὶ δούρατι θυμὸς] Cuncti ſciebant Græci tabulis animum non ineſſe. Quocirca ſcribendum ariolor ῥυθμὸς: concinnitatem namque mirabantur, membrorum e ligno cum membris conſenſionem. Aut ab eadem mente ἐπὶ δούρασιν ἁρμὸν. ἐπέχω. Certe nec multo ante, eſt, — συνήρμοστε νῶτα, καὶ ἰξύν. *Dausq.* θυμὸς hic eſt animus & vigor equi generoſi, qui in ipſo ligno apparebat. Dausquejus ineptit: ῥυθμὸς in omnibus operibus ineſſe debet, isque mirandi materies hic non ſatis larga. *Pauw.*

146.

Καὶ τάχος ἐκπεπότηται ποδῶν· χρεμέθοντι δ' ἐώικει·
Καὶ τότε δῖος Ἐπειὸς ὑπὲρ μεγακήτεος ἵππου
Εὔχεθ' ὑπ' ἀκαμάτῳ Τριτωνίδι χεῖρας ὀρέξας·
Κλῦθι θεὰ μεγάθυμε· σάω δ' ἐμὲ, καὶ τεὸν ἵππον.
Ὣς φάτο· τοῦ δ' ἐσάκουσε θεὰ πολύμητις Ἀθήνη,
Καί ῥα οἱ ἔργον ἔτευξεν ἐπιχθονίοισιν ἀγητὸν
Πᾶσιν, ὅσοι μιν ἴδοντο, καὶ οἳ μετόπισθε πύθοντο·
Ἀλλ' ὅτε δὴ Δαναοὶ μὲν ἐγήθεον ἔργον Ἐπειοῦ
Δερκόμενοι, Τρῶες δὲ πεφυζότες ἔνδοθι πύργου
Μίμνον, ἀλευάμενοι θάνατον, καὶ ἀνηλέα κῆρα,
Δὴ τότ' ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοὰς, καὶ Τηθύος ἄντρα,
Ζηνὸς ὑπερθύμοιο θεῶν ἀπάτερθε μολόντος,
Ἔμπεσεν ἀθανάτοισιν ἔρις· δίχα δέ σφιν θυμὸς
Ἔπλετ' ὀρινομένων· ἀνέμων δ' ἐπιβάντες ἀέλλας,
Οὐρανόθεν φορέοντ' ἐπὶ χθόνα· τοῖσι δ' ὑπ' αἰθὴρ
Ἔβραχεν· οἱ δὲ, μολόντες ἐπὶ Ξάνθοιο ῥέεθρα,
Ἀλλήλων ἵσταντο κατ' αντίον, οἱ μὲν Ἀχαιῶν,
Οἱ δ' ἄρ ὑπὲρ Τρώων· πολέμου δ' ἔρος ἔμπεσε θυμῷ·
Τοῖσι δ' ὁμῶς ἀγέροντο καὶ οἱ λάχον εὐρέα πόντον·
Καί ῥ' οἱ μὲν, δολόεντα, κοτεσσάμενοι, μενέαινον
Ἵππον ἀμαλδῦναι σὺν νήεσιν, οἱ δ' ἐρατεινὴν
Ἰλιον· αἶσα δ' ἔρυκε πολύτροπος· ἐς δὲ κυδοιμὸν

Τρέ-

146. Καὶ τάχος ἐκπεπότηται ποδῶν] ἐκπεπότητο. *Rhod.* Si moles ingens equi, & ſuapte ſponte immobilis, quæ alias lapſibus, rotis, funibus, (hæc ante Calaber vocat ἄλλα τε πάντα, Οἷς ἐπικίνυται ἵππος) & junctis vulgi operis promovetur, qui *celeritas pedum volabat?* quod iis verbis tegitur. Surrogo, quod rectum reor: Καὶ λάχος ἐκπεπότητο ποδῶν. Et pars pedum elaborata eſt. Prius moles ipſa quanta quanta ſurgebat, incurrebat in oculos, poſt illa baſes, ſeu pedes. *Dausq.* Hic plus quam ineptit bonus Dausquejus: Id vident ipſi tyrones. Ut equi vigor, ita pedum velocitas in ligno apparebat: Nihil planius aut perſpicuum magis. *Pauw.*

148. Εὔχεθ' ὑπ' ἀκαμάτῳ Τριτωνίδι χεῖρας ὀρέξας] Melius vi-

Et pedum celeritas fabricata eſſent, & hinnienti ſimilis videretur.
Et tunc divinus Epeus pro ſtupendæ magnitudinis equo
Vota fecit, ad invictam Minervam manibus porrectis.
Audi Dea magnanima, & ſoſpita me, atque tuum equum.
Sic dixit: eumque exaudiit Minerva ingenioſa Dea:
Et opus ipſius effecit admirandum terrigenis
Univerſis; qui id viderunt, & qui poſtea audiverunt.
Cæterum cum Danai lætarentur, opus Epei
Contemplantes, & Trojani trepidantes intra turres
Se continerent ut mortem & Parcam immiſericordem ſubterfugerent;
Interim ad Oceani fluxus & Tethyos antra
Jove magnanimo, procul a Diis, profecto,
Cælitibus contentio incidit, & diſcors eis animus
Fuit in ea commotione: procellis igitur ventorum conſcenſis,
Cælitus ad terram deferuntur, & æther ſub illis
Remugit, ipſique delati ad Xanthi vortices
Adverſum ſe mutuo conſiſtunt; pars quidem Argivum,
Pars vero Troum cauſa: animosque belli cupido inceſſit.
Et aggregantur illis etiam, qui vaſtum mare ſortiti ſunt.
Atque tum alii ira perciti cupiebant inſidioſum
Equum abolere cum navibus: alii contra amabile
Ilium. Sed fatum varie omnia mutans prohibet, & ad conflictum

Men-

videtur ἐπ' ἀκαμάτῳ. *Rhod.* Ita ſcribendum haud dubie. *Pauw.*

154. Τρῶες δὲ πεφυζότες ἴσθοθι πύργῳ] πεφυζότες ἴσθοθι πύργων. *Rhod.* Pro Aldino πεφυζότες Baſileenſes πεφυζόντες: id Rhodomannus etiam correxit. *Pauw.*

158. δίχα δέ σφιν θυμὸς] δίχα δὲ σφίσι θυμὸς. *Rhod.*

159. Επλετ' ἐριομένῳν] ἐριομένοις. ἐτίρασις tamen caſuum fuerit, ſi concinnitas non obſtet. *Rhod.* Enallage eſt inconcinna & nimis periculoſa: Quare ἐριομένοις etiam arridet mihi. *Pauw.*

160. Οὐρανόθεν φορέοντ' ἐπὶ χθόνα] φορέοντο ἐπὶ vel ποτὶ. *Rhod.* φορέοντο ἐπὶ bonum eſt. *Pauw.*

Τρέψε νόον μαχάρεσσιν· Αρης δ' ἐξῆρχε μόθοιο·
Αλτο δ' Αθηναίης κατεναντίον· ὡς δὲ καὶ ἄλλοι
Σύμπεσον ἀλλήλοισι· περὶ σφίσι δ' ἄμβροτα τεύχη
Χρύσεα κινυμένοισι μέγ' ἴαχεν· ἀμφὶ δὲ πόντος
Εὐρὺς ὑπεσμαράγησε, χελαινὴ δ' ἔτρεμε γαῖα
Αθανάτων ὑπὸ ποσσὶ· μακρὸν δ' ἅμα πάντ' ἄϋσαν·
Σμερδαλέη δ' ἐνοπὴ μέχρις οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε,
Μέχρις ἐπ' Αϊδονῆος ὑπερθύμοιο βερέθρων·
Τιτῆνες δ' ἐφύπερθε μέγ' ἔτρεσαν· ἀμφὶ δὲ μακρὴ
Ιδη ὑπέστενε πᾶσα, καὶ ἠχήεντα ῥέεθρα
Αενάων ποταμῶν· δολιχαὶ δ' ἅμα τοῖσι χαράδραι,
Νῆες τ' Αργείων, Πριάμοιό τε κύδιμον ἄστυ·
Αλλ' οὐκ ἀνθρώποισι πέλεν δέος· οὐδ' ἐνόησαν
Αὐτῶν ἐννεσίῃσι θεῶν ἔριν· οἱ δὲ, κολώνας
Χερσὶν ἀποῤῥήξαντες ἀπ' οὔδεος Ιδαίοιο,
Βάλλον ἐπ' ἀλλήλους· αἱ δὲ ψαμάθοισιν ὁμοῖαι,
Ρεῖα διεσκίδναντο· θεῶν περὶ δ' ἄσχετα γυῖα
Ρηγνύμενα διὰ τυτθὰ· Διὸς δ' ἐπὶ πείρασι γαίης

Οὐ

173. μακρὸν δ' ἅμα πάντ' ἄϋσαν] πάντες ἄϋσαν. *Rhod.* πάντα plene, & πάντα γ' ἄϋσαν, hiatus ne ſit. πάντα, aër, pontus, terra, inferi, cælum, Ida, fluvii, torrentes, naves Græcorum, Troja, omnia ſtrepitu, clamore, tumultu perſonabant. Sic aptius, quam πάντες, quod voluere alii. *Dausq.* Perbene Rhodomannus πάντες, Dausqueji πάντα ineptit. *Pauw.*

175. Μέχρις ἐπ' Αϊδονῆος ὑπερθύμοιο βερέθρων] ἐπ' Αϊδωνῆος. *Rhod.* Durum eſt μέχρις ita repetitum ſine copula: Nonne ſcribendum, Μέχρις τ' Αδωνῆος ὑπερθύμοιο βερέθρων? De Αδωνῆος vide nos ad initium Lib. 3. *Pauw.*

176. Τιτῆνες δ' ἐφύπερθε μέγ' ἔτρεσαν] Quid audio? An Titanes locum occupant, qui facit, ut τρέσαι ἐφύπερθε potuerint dici? Nihil, hercule, falſius. Vitium ſine dubio hæret: Legendum autumo, Τιτῆνες δ' ἀκάτερθε μέγ' ἔτρεσαν. Sic nihil convenientius: Scis, quo detruſi omnium peſſimi. *Pauw.*

180. Αλλ' οὐκ ἀνθρώποισι πέλεν δέος· οὐδ' ἐνόησαν &c.] Hoc inepte fictum eſt, inprimis ubi Dii rupes ab Ida avulſas in ſe evibrabant ſtrenue, & res agebatur in vicinia Græcorum & Trojanorum. Vident & ſentiunt omnes. Ubi autem ſubſide-

Mentem Diis convertit. Mars itaque pugnæ initium fecit,
Et contra Minervam profiluit: ita & alii
Inter ſe concurrêre: circumque eos immortalia arma
Ex auro valde crepitabant ex commotione, & pontus circumquaque
Latifluus inſonuit: nigraque contremuit tellus,
Deum ſub pedibus: ac magnum omnes clamorem ſuſtulerunt,
Adeo ut vox horrenda ad altum uſque cælum perveniret,
Et ad magnanimi Plutonis barathrum,
Supraque Titanes magnopere expaveſcebant. Ad hæc ardua
Ida ingemuit penitus, & ſonora fluenta
Perpetuorum amnium, longæque cum his voragines,
Ac naves Argivum, Priami denique urbs inclyta.
Sed hominibus non erat metus, nec ſenſerunt
Deorum litem, ipſorum conſiliis: Qui rupes
Manibus avulſas ab Idæo monte,
In ſe ultro citroque evibrant. Hæc autem inſtar arenarum
Facile diſperguntur, circa velocia Deorum membra
In minutas partes confractæ; ſed Jovis in finibus terræ
Men-

ſiderunt illæ rupes, diſſipatæ ipſa alliſione in corpora divina? Nonne novos tumulos & colles effecerunt ſtatim? Quid etiam ipſa Ida? Nonne planities facta fuit, ita a Diis diſrupta & avulſa? Nonne mutatio ſoli & montis adeo egregia ab omnibus notata fuit ſtatim? Totum commentum hujus pugnæ ineptum eſt: Sed omnium ineptiſſima certe hæc pars ejus. *Pauw.*

181. *Αὐτῶν ἐπιστῆναι θεῶν*] Verſum complevi retracto *αὐ-*

τῶν ex fine prioris verſus in priſtinam ſtationem. *Rhod.* In Aldina ſcilicet & Baſileenſi *αὐτῶν* male cum Verſu præcedenti cohæret. *Pauw.*

182. *ἀποβρήξαντες ἀπ' οὔδεος Ἰδαίοιο*] *ἀπ' οὔρεος Ἰδαίοιο*, credo, ut Interpres vertit. *Pauw.*

184. *Πᾶσα διεσείσατο· θεῶν περὶ δ' ἄσχετα γυῖα*] Scribe & distingue, *Πᾶσα διεσείσατο, θεῶν περὶ ἄσχετα γυῖα. Pauw.*

185. *Ῥηγνύμεναι διὰ τοῦτο*] *Ῥηγνύμεναι διὰ τοῦτο. Rhod.*

Οὐ λάθον ἠὺ νόημα· λιπὼν δ' ἄφαρ ὠκεανοῖο
Χεύματ' ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἀνήιε· τὸν δὲ φέρεσκον
Εὖρος, καὶ Βορέης· Ζέφυρος δ' ἐπὶ τοῖσι, Νότος τε·
Τούς δ' ὑπὸ θεσπέσιον ζυγὸν αἰόλος ἦγαγεν Ιρις
Αρματος αἰὲν ἐόντος, ὅ οἱ κάμεν ἄμβροτος αἰὼν
Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν ἀτειρέος ἐξ ἀδάμαντος·
Ικετο δ' Ουλύμποιο ῥίον μέγα· σὺν δ' ἐτίναξεν
Αἰθέρα πᾶσαν ὑπερχολούμενος· ἄλλοτε δ' ἄλλαι
Βρονταὶ ὁμῶς στεροπῇσι μέγ' ἐκτύπεον· ἐν δ' κεραυνοὶ
Ταρφέες ἐξεχέοντο ποτὶ χθόνα· καίετο δ' ἀὴρ
Ασπετος· ἀθανάτῃσι δ' ὑπὸ φρένας ἔμπεσε δεῖμα·
Πάντων δ' ἔτρεμε γυῖα, καὶ ἀθανάτων περ ἐόντων.
Τῶν δὲ περιδδείσασα κλυτὴ Θέμις, εὖτε νόημα
Αλτο διὰ νεφέων· τάχα δέ σφεας εἰσαφίκανεν·
Οἴη γὰρ στονόεντος ἀπόπροθι μίμνε μόθοιο·
Τοῖον δ' ἔκφανε μῦθον, ἐρυκανόωσα μάχεσθαι·
Ισχεσθ' ἰωχμοῖο δυσηχέος· οὐ γὰρ ἔοικεν,
Ζηνὸς χωομένοιο, μινυνθαδίων ἕνεκ' ἀνδρῶν
Μάρνασθ' αἰὲν ἐόντας, ἐπεὶ τάχα πάντες ἄϊστοι
Εσσεσθ'· ἦ γὰρ ὕπερθεν ἐφ' ὑμέας οὖρεα πάντα
Εἰς ἓν ἀναῤῥήξας, οὔθ' υἱῶν, οὔτε θυγατρῶν

Φεί-

188. Ζέφυρος δ' ἐπὶ τοῖσι, Νότος τε] Malo Ζέφυρος τ'. *Pauw.*

191. Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν] ὑπ' ἀκαμάτῃσιν non deterius fuisset. *Pauw.*

193. Αἰθέρα πᾶσαν ὑπερχολούμενος] ὕπερθε χολούμενος. *Rhod.* Brodæus ὑπερχωλούμενος. Inepte. Rhodomannus ὕπερθε χολούμενος. Ego ὕπερ κεχολωμένος. Exitu hujus libri, γάμῳ κεχολωμέναι αἰνῷ. *Dausq.* Recte Rhodomannus ὑπερθε χολούμενος; sed rectius Dausquejus ὑπερκεχολωμένος: Nam sic sine dubio scripsit ille. *Pauw.*

194. ὁμῶς στεροπῇσι μέγ' ἐκτύπεον· ἐν δὲ κεραυνοὶ] μέγ' ἔκτυπον· ἐκ δὲ κεραυνοί. *Rhod.*

196. ἀθανάτῃσι δ' ὑπὸ φρένας ἔμπεσε δεῖμα] ἀθανάτοισι. *Rhod.*

197. καὶ ἀθανάτων περ ἐόντων] Quam flaccidum hoc post ἀθανάτοισι? Sic tamen ipse Quintus: Nam ἀκαμάτων non sufficeret. *Pauw.*

Mentem perſpicacem non fefellerunt: ſtatim igitur relicto Oceani
Stagno, latepatens cælum conſcendit, eumque vehunt
Eurus & Boreas, Zephyrusque Notusque cum illis:
Quos Iris multicolor duxerat ſub jugum divinum
Currus ſempiterni, quem immortale Ævum illi fabricavit,
Indefatigatis manibus, ex rigido adamante.
Venit itaque in magnum Olympi verticem, & concuſſit
Totum deſuper æthera iratus; aliasque alia
Tonitrua, fulguribus mixta, valde reboant, & inter hæc fulmina
Crebra ad terram effunduntur: flagratque aër
Infinitus. Tum metus Deorum mentibus ingruit,
Omniumque membra tremuerunt, quamvis immortales eſſent.
His igitur timens inclyta Themis, tam cito quam cogitatio,
Per nubes deſiliit, & celeriter ad eos devenit.
Sola enim extra triſtem remanſerat pugnam.
Et hunc ſermonem ad dirimendum pugnam edidit.
Deſiſtite a tumultuoſa conflictatione: Non enim decet,
Jove indignante, propter homines caducos
Immortales Deos inter ſe decertare. Alias ſubito omnes evanidi
Eritis. Namque ſuper vos ex alto cunctis montibus
In unum colliſis, neque filiis neque filiabus

Par-

198. Τῶν δὲ περιδδείσατα κλυτὴ Θέμις] Ita recte Aldina: Baſileenſis perperam περιδείσατα: quod Rhodomannus correxit in Notis. *Pauw.*

201. Τοῖον δ' ἴκφατε μῦθον] Τοῖον δ' ἴκφατο. *Rhod.* Rectiſſime, ne dicam Græciſſime, μῦθον ἰκφάναι, nec exempla moramur. Fruſtra ſufficitur ἴκφατο. *Dausq.* Sibi habeat bonus elegantias ſuas: Ego cum Rhodomanno ſcribo ἴκφατο, idque facient omnes, qui Literis Græcis probe ſunt imbuti. *Pauw.*

206. Εἰς ἓν ἀναῤῥήξας, οὔθ' υἱῶν] Malim ἀναῤῥήξει', οὔθ' υἱῶν. *Dausq.* Cave adſentiaris: Nam ſic verborum cohærentia vitiatur. *Pauw.*

Φείσεται, ἀλλ' ἄρα πάντας ὁμῶς ὕπερθε καλύψει
Γαίη ἀπειρεσίη· οὐδ' ἔσσεται ἄμμιν ἄλυξις
Ἐς φάος· ἀργαλέος δὲ περὶ ζόφος αἰὲν ἐρύξει.
Ὡς φάτο· τοὶ δὲ πίθοντο, Διὸς τρομέοντες ὁμοκλὴν·
Ὑσμίνης δ' ἔσχοντο· χόλον δ' ἀπὸ νόσφι βάλοντο
Ἀργαλέον· φιλότητα δ' ὁμηθέα ποιήσαντο·
Καὶ ῥ' οἱ μὲν νίσσοντο πρὸς οὐρανὸν· οἱ δ' ἅλαδε εἴσω·
Οἱ δ' ἀνὰ γαῖαν ἔμιμνον· ἐϋπτολέμοισι δ' Ἀχαιοῖς
Υἱὸς Λαέρταο πυκνὰ φρονέων, φάτο μῦθον·
Ὦ νῦν μοι Ἀργείων σημάντορες ἀκριτόμυθοι,
Νῦν μοι ἐελδομένῳ τεκμήρατε, οἵτινες ἐστὲ
Ἐκπάγλως κρατεροὶ καὶ ἀμύμονες· ἦ γὰρ ἱκάνει
Ἔργον ἀναγκαίης· ἀλλὰ μνησώμεθ' Ἄρηος,
Ἐς δ' ἵππον βαίνωμεν ἐΰξοον, ὄφρά τι τέκμωρ
Εὕρωμεν πολέμοιο δυσηχέος· ὡς γὰρ ἄμεινον
Ἔσσεται, ἢν καὶ δόλῳ, καὶ κήδεσιν ἀργαλέοισιν
Ἄστυ μέγ' ἐκπέρσωμεν, οὗ εἵνεκα δεῦρο μολόντες,
Πάσχομεν ἄλγεα πολλὰ, φίλης ἀπὸ τηλόθι γαίης·
Ἀλλ' ἄγε δὴ μένος ἠὲ, καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θέσθε·
Καὶ γάρ τις κατὰ δῆριν ἀνιηρῇ ὑπ' ἀνάγκῃ
Θαρσήσας ἀνὰ θυμὸν, ἀμύμονα φῶτα κατέκτα

Χει-

207. ἀλλ' ἄρα πάντας ὁμῶς ὕπερθε καλύψει] ὁμῶς ἐφύπερθε. *Rhod.*

208. οὐδ' ἔσσεται ἄμμιν ἄλυξις Ἐς φάος] ὔμμιν ἄλυξις. *Rhod.*

211. Ὑσμίνης δ' ἔσχοντο] Rectius ἴσχοντο, quia ἴσχισθ' præceſſit. *Pauw.*

215. Υἱὸς Λαέρταο πυκνὰ Φρονέων] πύκα Φρονέων. *Rhod.* Græciſſimum eſt πυκνὰ φρονεῖν, ut πυκινὰ φρονεῖν in Odyſſea. Modulus uſitatiſſimus. Nec refelli eam lectionem patitur Theocriti verſus Idyll. KB.

Λαιῇ δὲ σόμα τύψε· πυκνὰ δ' ἀράβησαν ὀδόντες.

Dausq.

216. Ὦ νῦν μοι Ἀργείων σημάντορες] Ὦ φίλοι Ἀργείων σημάντορες. *Rhod.* Abundat forte Ὦ: Nam νῦν μοι data opera geminare potuit Vir Scholaſticus, ut Emphaticum & nervoſum. Alias Rhodomannus non male φίλοι Ἀργείων, quanquam

Parcet, ſed ſimul omnes opprimet
Vaſta telluris mole; nec effugium vobis erit
Ad lucem; quin t tra (vos) perpetuo caligo detineat.
Sic ait: illi vero Jovis minas reformidantes paruere,
Et a pugna deſtiterunt, iramque abjecerunt
Moleſtam, & familiarem inter ſe amicitiam inſtaurarunt.
Alii itaque redi runt in cælum; alii in mare;
Pars in terra manebant. Tum ad bellaces Achivos
Prudens Laërtæ filius (his) verbis diſſeruit;
Amici Argivum duces, quorum in verbis ſæpe judicium deſideratur,
Nunc, ut deſidero, mihi oſtendite, qui ſitis
Inſigniter fortes, nec culpandi: Enimvero jam incumbit
Neceſſitatis opus. Idcirco Martis (virtutis bellicæ) memores ſimus,
Equumque dedolatum ingrediamur: ut exitum aliquem
Clamoſi belli inveniamus: Sic enim præſtabilius
Erit, ſi dolo & operoſa arte
Magnam urbem expugnemus: cujus gratia huc vecti
Multas toleramus ærumnas, procul a natali ſolo.
Sed agite quæſo generoſum, & forte animis robur indatis.
Nam in conflictu quiſpiam acerbæ neceſſitatis ſtimulo adactus,
Si fiduciam (animo) conceperit, præſtantem virum interficit (ſæpe,)

Li-

quam κλυτοὶ Ἀργεῖοι ad literarum veſtigia propius accedit. *Pauw.*

222. Ἐσσεται, ἤν καὶ δόλῳ, καὶ κήδεσιν ἀργαλέοισιν] ἤν κε δόλῳ. καὶ μήδεσιν. *Rhod.* κήδεσιν ἀργαλέοισιν, difficili cura urbem evaſtemus. Alius μήχεσιν, alius μήδεσιν. κῆδος eſt cura, vel in illo pervulgato: τῶν δ' ἄλλων οὐ κῆδος: quod & ἀκηδία, *acedia*, aliaque eodem ex fonte ſatis ſuperque manifeſtant. *Dausq.* μήδεσιν haud dubie legendum: Sed quid μήδεσιν ἀργαλέοισιν, ubi de dolo ſermo eſt? Nihil certe, nihil. Scribendum ſuſpicor, ἤν κε δόλῳ, καὶ μήδεσιν ἀγκυλέοισι. ἀγκυλομήτης notiſſimum eſt ipſis pueris: Et ſic ἀγκυλόμητα μήδεα conveniunt dolo, & cum dolo recte junguntur. *Pauw.*

227. ἀμύμονα φῶτα] Quid ſi ἀμείνονα? *Rhod.* Ita legendum plane. *Pauw.*

Χειρότερος γεγαώς· μάλα γὰρ μέγα θυμὸν ἀέξει
Θάρσος, ὅπερ τε μάλιστα πολὺ λώϊον ἀνθρώποισιν·
Αλλ' ἄγ' ἀριστῆες μὲν εὐρὺν λόχον ἐντύνεσθε·
Οἱ δ' ἄλλοι Τενέδοιο πρὸς ἱερὸν ἄστυ μολόντες,
Μίμνετε, εἰσόκεν ἄμμε ποτὶ πτόλιν εἰρύσσουσι
Δήϊοι, ἐλπόμενοι Τριτωνίδι δῶρον ἄγεσθαι·
Αἰζηῶν δέ τις ἐσθλὸς, τὸν οὐ σάφα Τρῶες ἴσασι,
Μιμνέτω ἄγχ' ἵπποιο, σιδήρεον ἐνθέμενος χὴρ·
Καί οἱ πάντα μέδοντα μάλ' ἔμπεδον, ὁππόσ' ἔγωγε
Πρόσθ' ἐφάμην· καὶ μή τι περὶ φρεσὶν ἄλλο νοήσῃ,
Οφρα μὴ ἀμφαδὰ Τρῳσὶν Αχαιῶν ἔργα πέληται.
Ως φάτο· τὸν δὲ Σίνων ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Αλλων δειδιότων· μάλα γὰρ μέγα ἔργον ἔμελλεν
Εκτελέειν· τῷ καί μιν ἐϋφρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν
Ηὔς ἀγάσσατο λαός· ὅ δ' ἐν μέσσοισιν ἔειπεν·
Ω Οδυσεῦ, καὶ πάντες Αχαιῶν φέρτατοι υἷες,
Εργον μὲν τόδ' ἔγωγε λιλαιομένοισι τελέσσω,
Εἴτε μ' ἀεικίζωσι, καὶ εἰ πυρὶ μητίοωνται

Βάλ-

Ilio deſolato, perpetuaque illum triſtitia obtinebat
Quamvis Deum; longaque ingemuit Ida paſſim,
Atque Simois, & procul omnes luxere ſpeluncæ
Idææ, Priami urbem deplorantes.
Græci autem ad naves effuſa cum lætitia ſe recipiebant,
Strenuum glorioſæ victoriæ robur celebrantes,
Quandoque cæleſte etiam Deorum immortalium genus, & ſuum ipſorum
Animum intrepidum: Denique immortale Epei machinamentum.
Et cantus per æthera cælum uſque penetrabat, veluti graculorum
Infinitus clangor, quando dies ſerenus venerit
Poſt rigidam hyemem, & tranquillus eſt æther.
Ita Græcis apud naves intimo corde lætantibus,

Dii

θος ἄναχτι] An potius, ὀλοὸν δὲ πέλει μάλα πῆμα πόθος? *Pauw.*

83. Πάντες ἴναυλοι Ἰδαῖοι] *omnes Idæ torrentes:* Interpres male *ſpelunca. Pauw.*

85. καγχαλόωντες] Baſileenſes vitioſe καγχαλόοντες: quod emendatum a Rhodomanno. *Pauw.*

90. ἐπάτ' εὔδιον ἦμαρ ἴκηται] ἦμαρ ἵκηται. *Rhod.*

92. Ὡς τῶν πὰρ νήεσσι μέγ' ἴνδοθι γηθόμενον κῆρ] γηθομένων. *Rhod.*

98.

Αθάνατοι τέρποντο κατ' οὐρανὸν, ὅσσοι ἀρωγοὶ
Ἐκ θυμοῖο πέλοντο φιλοπτολέμων Ἀργείων·
Ἄλλοι δ' αὖ χαλέπαινον, ὅσοι Τρῴεσσιν ἀμύνον,
Δερκόμενοι Πριάμοιο καταιθόμενον πτολίεθρον·
Ἀλλ' οὐ μὰν ὑπὲρ αἶσαν, ἐελδομένοιπερ, ἀμύνειν
Ἔσθενον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὑπὲρ μόρον οὐδὲ Κρονίων
Ῥηϊδίως δύνατ' αἶσαν ἀπωσέμεν, ὃς περὶ πάντων
Ἀθανάτων γένος ἐστὶ, Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται·
Ἀργεῖοι δ' ἄρα πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρία θέντες,
Καῖον ὁμῶς σχίζῃσι· καὶ ἐσσύμενοι περὶ βωμοὺς,
Λείβεσκον μέθυ. λαρὸν ἐπ' αἰθομένῃσι θυηλαῖς,
Ἠρα θεοῖσι φέροντες, ἐπεὶ μέγα ἤνυσαν ἔργον·
Πολλὰ δ' ἐν εἰλαπίνῃ θυμηδέϊ κυδαίνεσκον
Πάντας, ὅσους ὑπέδεκτο σὺν ἔντεσι δούριος ἵππος.
Θαύμαζον Σίνωνα περικλυτὸν, οὔνεχ' ὑπέστη
Λώβην δυσμενέων πολυκηδέα· καί ῥά ἑ πάντες
Μολπῇ, καὶ γεράεσσιν ἀπειρεσίοισι τίεσκον
Αἰέν· ὅ δ' ἐνὶ φρεσὶν ἦσιν ἐγήθεε τλήμονι θυμῷ
Νίκῃ ἐπ' Ἀργείων· σφετέρῃ δ' οὐκ ἄχνυτο λώβῃ·
Ἀνέρι γὰρ πινυτῷ, καὶ ἐπίφρονι, πολλὸν ἄμεινον
Κῦδος καὶ χρυσοῖο, καὶ οὔδεος, ἠδὲ καὶ ἄλλων
Ἐσθλῶν, ὁππόσα ἐστὶ, καὶ ἔσσεται ἀνθρώποισιν·
Οἵ δ' ἄρα πὰρ νήεσσιν ἀταρβέα θυμὸν ἔχοντες,

Δόρ-

93. *δὲ Κρονίων Ῥηϊδίως δύνατ' αἶσαν ἀπωσέμεν*] *Non facile*: An igitur *difficile* poteſt? De Parcarum in Jovem imperio etiam alibi Quintus non ſemel, ſed abſque tali diſtinctione: Vide modo Libri præcedentis extremum: Quare neſcio, cur voculam iſtam hic adhibuerit. Sed fortaſſe dubitavit, hæc ſcribens. *Pauw.*

99. *ὃς περὶ πάντων Ἀθανάτων γένος ἐστὶ*] An potius *μένος* vel *σθένος*? Sed *γένος* tuetur ſequens, *Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται*. *Pauw.*

101. *πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρία θέντες*] Obſcurum & ambiguum eſt *ἐπὶ μηρία θέντες* ita *ἁπλῶς*: Illud *βωμοὺς*, quod ſequitur, hic

Dii in cælo voluptate afficiebantur, qui adjutores
Fuerant ex animo bellicoſorum Argivum:
Alii contra indignabantur, qui Trojanorum partes foverant,
Cum viderent Priami urbem conflagrare.
Nec tamen præter fatum, quamvis cuperent, opem ferre
Valebant: quandoquidem nec Saturnius ipſe obſiſtente fato,
Parcam facile depellere poteſt, qui (tamen) omnes præſtat
Deos generis dignitate. Nam ex Jove omnia exſiſtunt.
Cæterum Argivi multa boum femora (aris) impoſita
Comburebant una cum fiſſis lignis, & circumeuntes altaria
Dulce merum libabant ſuper incenſas hoſtias,
Gratias Diis agentes quod arduo operi finem impoſuiſſent.
Multis etiam laudibus in hilari convivio cohoneſtabant
Omnes, quos ligneus equus armatos ſuſceperat:
Inprimis admirationi ipſis erat Sino inclitus, qui ſuſtinuiſſet
Triſtiſſimam hoſtium mutilationem. Ideo omnes illum
Carmine & innumeris præmiis honorabant
Perpetuo. Is vero tolerantem in pectore animum lætitia perfundebatur
Propter Argivum victoriam, nec ægre ferebat ſui mutilationem.
Viro enim cordato & prudenti multo præſtantior eſt
Gloria auro, & fundis, atque aliis
Bonis, quæcumque ſunt & erunt hominibus.
Græci itaque apud naves, animum intrepidum habentes,

Con-

hic collocare debuiſſet Auctor. Sed paulo ſomniculoſior forte erat, cum hæc pangeret. *Pauw.*

107. Θαύμαζον Σίνωνα κλυτὸν] Θαύμαζεν δὲ Σίνωνα. *Rhod.*

110. ὁ δ' ἐὺ φρονέων ἦεν ἐγήθεε] ἐυφρονέων. *Rhod.*

121.

Δόρπεον ἀλλήλοισι διηνεκέως ἐνέποντες,
Ηνύσαμεν πολέμοιο μακρὸν τέλος· ἠράμεθ' εὐρὺ
Κῦδος, ὁμῶς δηΐοισι μέγα πτολίεθρον ἑλόντες·
Αλλὰ Ζεῦ, καὶ νόστον ἐελδομένοις κατάνευσον·
Ως ἔφαν· ἀλλ' οὐ πᾶσι πατὴρ ἐπὶ νόστον ἔνευσεν· 120
Τοῖς δέ τις ἐν μέσσοισιν ἐπιστάμενος· οὐ γὰρ ἔτ' αὐτοῖς *
Δεῖμα πέλεν πολέμοιο δυσηχέος, ἀλλ' ἐπὶ ἔργα
Εὐνομίης ἐτρέποντο, καὶ εὐφροσύνης ἐρατεινῆς·
Ος δή τοι πρῶτον μὲν ἐελδομένοισιν ἄειδεν,
Λαοὶ ὅπως συνάγερθεν ἐς Αὐλίδος ἱερὸν οὖδας, 125
Ηδ' ὡς Πηλείδαο μέγα σθένος ἀκαμάτοιο
Δώδεκα μὲν κατὰ πόντον ἰὼν διέπερσε πόληας,
Ενδεκα δ' αὖ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον· ὅσσατ' ἔρεξεν
Τήλεφον ἀμφὶς ἄνακτα, καὶ ὄβριμον Ηετίωνα·
Ως Κύκνον κατέπεφνεν ὑπέρβιον, ἠδ' ὅσ' Αχαιοὶ, 130
Μαρνάμενοι μετὰ μῆνιν Αχιλλέος, ἔργα κάμοντο·
Εκτορα δ' ὡς εἴρυσεν ἕης περὶ τείχεα πάτρης·
Ως θ' ἕλε Πενθεσίλειαν ἀνὰ μόθον, ὥς τ' ἐδάμασσεν
Υἱέα Τιθωνοῖο, καὶ ὡς κτάνε καρτερὸν Αἴας
Γλαῦκον ἐϋμελίην, ἠδ' ὡς ἐριχυδέα φῶτα 135
Εὐρύπυλον κατέπεφνε θοοῦ πάϊς Αἰακίδαο·
Ως τε Πάριν δαμάσαντο Φιλοκτήταο βέλεμνα,
Ηδ' ὁπόσοι δολόεντος ἐσήλυθον ἔνδοθεν ἵππου
Ανέρες, ὥς τε πόλια θεηγενέος Πριάμοιο

Πέρσαν-

121. ἐπισάμενος· οὐ γὰρ ἔτ' αὐτοῖς] Hic luxata ſunt exemplaria, quæ ſic aliquando reſtituere conatus fui: ἐπισάμενος κιθαρίζειν Μέλπε πολυχρονίοιο μόθυ τέλος· οὐ γὰρ. *Rhod.* Inter ἐπισάμενος & οὐ γὰρ ſine dubio interciderunt quædam: Quod Rhodomannus infercit, jejunum eſt. *Pauw.*

122. Δεῖμα πέλεν πολέμοιο δυσηχέος] ἀταρβίᾳ θυμὸν ἔχοντες præceſſit jam. *Pauw.*

123. Εὐνομίης] opera pacis & animi ſedati hic opponuntur operibus belli & animi concitati: Nota εὐνομίαν eo ſignificatu. *Pauw.*

124.

Convivabantur, (hæc) continue inter ſe memorantes;
Impoſuimus (tandem) ſerum bello finem, & amplam retulimus
Gloriam: magnifica urbe una cum hoſtibus expugnata.
Jam reditum etiam exoptantibus Jupiter nutu (tuo) confirma.
Sic loquebantur; at non omnibus Jupiter reditum annuebat.
Horum autem in medio quiſpiam citharam pulſare doctus, *
Diuturni belli exitum canit. Non enim amplius illis
Metus ſuberat turbulenti belli: ſed ad opera
Æquitatis & lætitiæ amabilis ſe convertebant.
Is itaque principio deſiderantibus canebat;
Quo pacto exercitus ad ſacrum Aulidis ſolum coiverit:
Deinde quomodo acris infatigabilis Pelidæ vis,
Per inſulas maris graſſans, duodecim urbes everterit,
Et undecim in vaſta continente: quæque patrarit
Circa regem Telephum & ſtrenuum Eetionem:
Ut Cycnum prævalidum neci dederit: Tum quas Achivi
Res geſſerint præliando, poſt commotam Achillis iram.
Utque Hectorem circa patriæ ipſius mœnia raptarit:
Ut Pentheſileam in conflictu ſubegerit, & proſtraverit
Natum Tithoni. Adhæc uti fortis Ajax interemerit
Glaucum bellacem: & quemadmodum illuſtrem virum
Eurypylum ſtrenui Æacidæ filius ſuſtulerit:
Quomodo Parin necarint ſagittæ Philoctetæ.
Tandem quot ingreſſi ſint equum doloſum
Heroës: & quod generoſi Priami

Urbe

124. Ος δή τοι πρῶτον μὲν ἐελδομένοισιν ἄεισεν] Malim, Ος δή τοι πρῶτος μὲν. *Pauw.*

126. Ηδ' ὡς Πηλείδαο μέγα σθένος &c.] Junge cum his, quæ Lib. 4. V. 150. et Lib. 7. V. 377. habuimus: Eodem enim recidunt. *Pauw.*

130. Ως Κύκνον κατέπεφνεν ὑπέρβιον] Scribe vel Χ' ὡς Κύκνον, vel Ως τε Κύκνον: Nam copula aperte requiritur. *Pauw.*

134. καὶ ὡς κτάνε καρτερὸν Αἴας] καρτερὸς Αἴας. *Rhod.*

135. Γλαῦκον ἰῦμελίην] ἰύμμελίην. *Pauw.*

Πέρσαντες, δαίνυντο κακῶν ἀπὸ νόσφι κυδοιμῶν·
Ἀλλη δ' ἄλλος ἄειδεν, ὅ τι φρεσὶν ἧσι μενοίνα·
Ἀλλ' ὅτε δαινυμένοισι μέσον περιτέλλετο νυκτὸς,
Δὴ τότε που δόρποιο, καὶ ἀκρήτοιο πότοιο
Παυσάμενοι, λαθικηδέα κοῖτον ἔλοντο·
Χθιζὸν γὰρ καμάτοιο μέρος κατεδάπτετο πάντας·
Τῷ καὶ παννύχιοι λελιημένοι εἰλαπινάζειν,
Παύσανθ', οὔνεκεν ὕπνος ἄδην ἀέκοντας ἔρυκεν·
Ἀλλη δ' ἄλλος ἴαυεν· ὅ δ' ἐν κλισίῃσιν ἑῇσιν
Ἀτρείδης ὀάριζε μετ' ἐϋκόμοιο γυναικὸς·
Οὐ γάρ πω κείνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὕπνος ἔπιπτεν,
Ἀλλὰ Κύπρις πεπότητο περὶ φρένας, ὄφρα παλαιοῦ
Λέκτρου ἐπιμνήσωνται, ἄχος δ' ἀπὸ νόσφι βάλωνται·
Πρώτη δ' αὖθ' Ἑλένη τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπεν·
Μὴ νύ μοι ὦ Μενέλαε χόλον ποτὶ βάλλεο θυμῷ·
Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐθέλουσα λίπον σέο δῶμα, καὶ εὐνὴν,
Ἀλλά μ' Ἀλεξάνδροιο βίη, καὶ Τρῴῃσι υἷες,
Σεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντος, ἁνηρείψαντο κιόντες·
Καί με μεμαυῖαν ὀϊζυρῶς ἀπολέσθαι
Ἢ ῥόχῳ ἀργαλέῳ, ἠὲ καὶ ξίφεϊ στονόεντι,
Εἶργον ἐνὶ μεγάροισι, παρηγορέοντες ἔπεσσι,

Σεῦ

142. μέσον περιτέλλετο νυκτὸς] περιτείλατο vel περιτείλλετο, Rhod. περιτέλλετο malo. Paauw.

143. δόρποιο, καὶ ἀκρήτοιο πότοιο] Notes ὁμοιοτέλευτα hercule ingrata. Paauw.

144. Παυσάμενοι, λαθικηδέα κοῖτον ἔλοντο *] Post Παυσάμενοι interponendum ὕπνῳ. Rhod. Injicio, perficioque versum, κὐτίχ' ἔλοντο. λαθικηδέα κοῖτον exprimunt illa Maronis Lib. 4. — corda oblita laborum. & Homeri ὕπνος λύων μελεδήματα θυμῷ. Dausq. Rhodomannus ὕπνῳ λαθικηδέα κοῖτον, ut Versus sit integer: Non accedo: Nam ὕπνῳ κοῖτον nimium dicit, & κοῖτος hic est ipse ὕπνος. Dausquejus imperite, Παυσάμενοι, λαθικηδέα κοῖτον κὐτίχ' ἔλοντο: Nam sic pro Versu mutilo habemus Versum podagrosum. Aliud desideratur: An legendum, Παυσάμενοι Δαναοὶ, λαθικηδέα κοῖτον ἕλοντο? Ita Calaber plus semel: Nihil tamen adfirmo: Scis, quid de mutilatis.

Urbe ſolo æquata, (nunc) extra nocivos belli tumultus convivarentur:
Et alibi alius canebat quod animo ſuo volvebat.
Poſtquam vero convivantibus medium noctis ingruebat,
Tandem cœnæ & meracæ compotationi
Fine impoſito, ſecuram ſomni quietem ceperunt.
Pridiana enim laboris moleſtia omnes exhauſerat.
Idcirco licet per totam noctem convivium extendere cuperent,
Deſinebant tamen; quod ſomnus quamlibet invitos valde gravabat.
Alibi itaque alius decubuit. In papilione vero ſuo
Atrides cum formoſa uxore confabulabatur.
Nondum enim horum oculis ſomnus inciderat:
Sed Venus animis obverſabatur: ut priſtini
Thori memores eſſent, & mœrorem procul abjicerent.
Prior itaque Helena his maritum verbis compellat.
Ne quæſo iram mihi animo fixam geras, mi Menelaë.
Non enim ego volens domum lectumque tuum reliqui;
Sed me Alexandri violentia Trojana ſuboles,
Te procul abſente, illuc profecti abripuerunt.
Et me funeſte vitam illico abrumpere properantem
Aut ſævo laqueo, aut triſtifico enſe,
Domi cohibuerunt, (blandis) demulcentes verbis,

Τua

latis ſentiam. *Pauw.*

149. *ἄμειζε μετ' ἰϋκόμοιο γυναικὸς*] *μετ' ἠϋκόμοιο. Rhod.*

154. *Μή τό μοι ὦ Μενέλαε χόλον ποτὶ βάλλεο θυμῷ*] Imo *ποτιβάλλεο* una voce: *ποτὶ* alias non convenit. *Pauw.*

158. *Καί με μιμανῖαι ἀίζυρῶς ἀπολέσθαι* *] *Καί με βίον μιμανῖαι ἀίζυρῶς ἀπολέσσαι*: vel *Καί μ' αἶσι*, vel *αὖθις*, vel *ἄφαρ*, vel *ἴκτωρ. Rhod.* Brodæus, *Καὶ θυμῷ μιμανῖαι*, vel *Καί μ' αὖτις μιμανῖαι.* Forte commodius:

Καί μιμανῖαι ἀίζυρῶς ἀπολέσθαι ἑτοίμως,

vel *ἑτοίμας. Dausq.* Multa hic habes, ſed parum bona: Hactenus placet mihi, *Καί με μάλα μιμανῖαι ἀίζυρῶς ἀπολέσθαι. Pauw.*

159. *Η βοόχῳ ἀγκαλίῳ, ἦέ καὶ ξίφεϊ τορέσσαι*] *ἠ* in *ἦέ* corripitur a vocali ſequente: An tamen ſcribendum potius, *ἤ καὶ ξίφεϊ τορέσσαι*? Hoc loco id certe deterius non eſſet. *Pauw.*

Σεῦ εἵνεκ' ἀχνυμένην, καὶ τηλυγέτοιο θυγατρὸς·
Τῆς νύ σε, πρός τε γάμου πολυγηθέος, ἠδὲ σεῦ αὐτοῦ;
Λίσσομαι, ἀμφ' ἐμέθεν στυγερῆς λελαθέσθαι ἀνίης.
Ως φαμένην, προσέειπε πύκα φρονέων Μενέλαος·
Μήτέ τιν' ὦν μέμνησ', ἀλλ' ἴσχομεν ἄλγεα θυμῷ· * 165
Αλλὰ τὰ μέν που πάντα μέλας δόμος ἐντὸς ἔέργει
Λήθης· οὐ γὰρ ἔοικε κακῶν μεμνῆσθαι ἔτ' ἔργων.
Ως φάτο· τὴν δ' ἔλε χάρμα, δέος δ' ἐξέσσυτο θυμοῦ·
Ελπετο γὰρ παύσεσθαι ἀνιηροῖο χόλοιο
Ον πόσιν· ἀμφὶ δέ μιν βάλε πῆχεε· καί μιν ἀπ' ἄμφω
Δάκρυ κατὰ βλεφάρων ἠλείβετο ἠδὺ γοώντων· (170
Ασπασίως δ' ἄρα τώγε παρ' ἀλλήλοισι λιθέντε,
Σφωϊτέρου κατὰ θυμὸν ἀνεμνήσαντο γάμοιο·
Ως δ' ὅτε που χισσός τε, καὶ ἡμερὶς ἀμφιβάλλονται
Αλλήλοις περὶ πρέμνα, τά δ' οὔποτε ἴς ἀνέμοιο 175
Σφῶν ἀπὸ νόσφι βαλέσθαι ἐπισθένει, ὡς ἄρα τώγε
Αλλήλοις συνέχυντο, λιλαιόμενοι φιλότητος·
Αλλ' ὅτε δὴ καὶ τοῖσιν ἐπήλυθεν ὕπνος ἀπήμων,
Δὴ τότ' Αχιλλῆος κρατερὸν κῆρ ἰσοθέοιο
Εστη ὑπὲρ κεφαλῆς οἱ υἱέος, οἷος ἔην περ 180
Ζωὸς

161. Σεῦ εἵνεκ' ἀχνυμένην] Σεῖο ἕνεκ'. *Rhod.*

165. Μήτέ τι νῦν μέμνησ', ἀλλ' &c.] Forte Μηκέτι. *Rhod.* Rhocomannus Μηκέτι: quod ego probo, quia alterum μήτε non sequitur, τι Emphaticum est & bonum: Quare si Μήτι γε legeretur, id cum Μηκέτι non commutarem. *Pauw.*

169. Ελπετο γὰρ παύσεσθαι ἀνιηροῖο χόλοιο] Rectius sit παύσασθαι, idque ἐξέσσυτο & loci cohærentia mavult: Neque aliter, ut nunc video, Aldina. *Pauw.*

170. καί μιν ἀπ' ἄμφω Δάκρυ κατὰ βλιφάρων &c.] καί σφιν ἀπ' ἀμφοῖν. *Rhod.* Locus haud dubie corruptus. Rhodomannus legit, καί σφιν ἀπ' ἀμφοῖν Δάκρυ κατὰ βλιφάρων ἠλείβετο: An recte satis, vehementer dubito: Nam ἀπ' vix ac ne vix jungi potest cum ἠλείβετο: Sic autem pravum est sine dubio, ἀπὸ σφιν ἀμφοῖν Δάκρυ κατὰ βλιφάρων ἠλείβετο. Legendum suspicor, καί σφιν ἄρ' ἀμφοῖν Δάκρυ κατὰ βλιφάρων ἠλείβετο ἠδὺ γοώντων. *Pauw.*

174. χισσός τε, καὶ ἡμερὶς ἀμφιβαλ-

Tua & unicæ filiæ cauſa me afflictantem :
Per quam te conjugiumque noſtrum lætabile ac teipſum
Obſecro, ut omnem moleſtiam propter me conceptam expectores.
Ita loquentem affatur prudens Menelaus.
Ne amplius horum refrices memoriam ; ſed comprimamus animo dolores. *
Atque hæc omnia atra in ſe coerceat domus
Oblivionis. Non enim rerum perperam geſtarum meminiſſe amplius decet.
Sic ait : illam itaque gaudium corripit, metusque ex animo fugit.
Sperabat enim finem moleſtæ iræ facturum
Maritum ſuum. Ideo brachia ei circumdat, & utrique
Lacrymæ e palpebris deſtillant amanter flentibus.
Ac perlubenter in mutuos complexus effuſi,
Ex animi ſententia memores erant conjugii ſui.
Ac veluti hedera & vitis conſtringunt
Se mutuo ramuſculorum nexu, quos nulla unquam vis venti
A ſe divellere poteſt : ita & iſti duo
In amplexu mutuo hærebant, conjugalem appetentes conſuetudinem.
Cæterum cum & ipſos placidus invaſiſſet ſomnus :
Ibi ſtrenua divini Achillis anima
Supra caput filii ſui aſtitit, qualis erat,

Cum

βάλλονται] ἀμφιβάλωνται. *Rhod.*

175. Αλλήλοις περὶ πρέμνα] Rhodomannus, qui ἀμφιβάλλονται correxit, ſic etiam corrigere debuiſſet hæcce : Nam ubi ἀμφιβάλωνται reſcripſeris, Αλλήλοις ſubſiſtere non poteſt, & mutandum eſt ſtatim in Αλλήλους : Pro paſſivo ἀμφιβάλλονται ſic ſcilicet aſſumitur medium ἀμφιβάλωνται, quod vitis & hederæ Energian ſervat, & pro caſu tertio deſiderat caſum quartum : Nihil certius, ſi Græcis vel leviter ſis imbutus. *Pauw.*

176. ὣς ἄρα τώγε Αλλήλοις συνέχυντο] συνέχοντο. *Rhod.* συνέχοντο emaculatius ſane eſt. *Pauw.*

179. Αχιλλῆος κρατερὸν κῆρ] Interpres, *ſtrenua Achillis anima* : κῆρ hic notes : Neſcio, an alibi ita occurrat. *Pauw.*

Ζωὸς ἐὼν, ὅτε Τρωσὶν ἄχος πέλε, χάρμα δ' Ἀχαιοῖς.
Κῦσε δέ οἱ δειρὴν, καὶ φάεα μαρμαίροντα
Ἀσπασίως· καὶ τοῖα παρηγορέων, προσέειπεν·
Χαῖρε τέκος, καὶ μήτι δαΐζεο πένθεϊ θυμὸν,
Εἵνεκ' ἐμοῖο θανόντος, ἐπεὶ μακάρεσσι θεοῖσιν
Ἤδη ὁμέστιός εἰμι· σὺ δ' ἴσχεο τειρόμενος κῆρ
Ἀμφ' ἐμέθεν, καὶ κάρτος ἄδην ἐμὸν ἔνθεο θυμῷ·
Αἰεὶ δ' Ἀργείων πρόμος ἵστασο, μηδενὶ εἴκων
Ἠνορέῃ· ἀγορὴ δὲ παλαιοτέροισι βροτοῖσι
Πείθεο· καὶ νύ σε πάντες εὔφρονα μυθήσονται·
Τῖε δ' ἀμύμονας ἄνδρας, ὅσοις νόος ἐμπεδός ἐστιν·
Εσθλῷ γὰρ φίλος ἐσθλὸς ἀνὴρ· χαλεπῷ δ' ἀλεγεινός·
Ην δ' ἀγαθὸν φρονέῃς, ἀγαθῶν καὶ τεύχεαι ἔργων·
Αἰνὸς δ' οὔποτ' ἀνὴρ ἀρετῆς ἐπὶ τέρμαθ' ἵκανεν,
Ωτινι μὴ νόος ἐστὶν ἐναίσιμος· οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς
Πρέμνον δυσβατόν ἐστι, μακροὶ δέ οἱ ἄχρις ἐπ' αἴθρην
Οζοι ἀπηέξηθ'· ὁπόσοισι δὲ κάρτος ἀπηδεῖ,
Καὶ πόνος, ἐκ καμάτου πολυγηθέα καρπὸν ἀμῶνται,
Εἰς ἀρετῆς ἀνάβαντες εὐστεφάνου κλυτὸν ἔρνος·
Αλλ' ἄγε κύδιμος ἔσσο· καὶ ἐν φρεσὶ πευκαλίμῃσι
Μήτ' ἐπὶ πήματι πάγχυ δαΐζεο θυμὸν ἀνίῃ,
Μήτ' ἐσθλῷ μέγα χαῖρε· νόος δέ τοι ἤπιος ἔστω
Ες τε φίλους ἑτάρους, ἔς θ' υἱέας, ἔς τε γυναῖκας,

Μνω-

185. Εἵνεκ' ἐμοῖο θανόντος] Εἵνεκ' ἐμεῖο. *Pauw.*

186. σὺ δ' ἴσχεο τειρόμενος κῆρ Ἀμφ' ἐμέθεν] Sed vix dixerat, καὶ μή τι δαΐζεο πένθεϊ θυμὸν Εἵνεκ' ἐμεῖο θανόντος. *Pauw.*

193. ἀγαθῶν καὶ τεύχεαι ἔργων] καὶ τεύξεαι. *Rhod.*

194. Αἰνὸς δ' οὔποτ' ἀνὴρ ἀρετῆς ἐπὶ τέρμαθ' ἵκανεν] Nimium est illud Αἰνὸς, inprimis ubi sequitur mox, Ωτινι μὴ νόος ἐστὶν ἐναίσιμος: Fallor, aut scribendum est, Κεῖνος δ' οὔποτ' ἀνὴρ &c. Literis primis Versuum, scis quid factum sit: Inde errores infiniti. Illud ἀρετῆς ἐπὶ τέρμαθ' incongruum est, ubi trunco & arbori assimilatur virtutis conditio: Sic tamen

Vir

Cum adhuc viveret, ubi Trojanis dolori & Achivis
gaudio erat.
Oſculatusque fuit ipſius collum, & oculos fulgentes
Propenſe, ac talibus eum demulcens compellavit.
Salve fili, & nequaquam animum luctu conficias
Propter me defunctum. Nam beatis Diis
Nunc ſum familiaris. Ideo deſine cor abſumere
Mea cauſa: quin potius virtute mea animum inſtrue.
Perpetuo autem Argivum propugnatorem age, nulli
cedens
Fortitudine: verum in concione ſenioribus te viris
Auſculta: tum demum te omnes cordatum prædicabunt.
Præſtantes etiam viros, quibus mens firma eſt, cole.
Bonus enim vir boni amicus eſt, & improbus improbo.
Quod ſi bonum animo tractabis, bonorum & operum
ſucceſſum conſequeris.
Sed vir improbus nunquam ad virtutis terminos per-
venit,
Cui non juſta mens eſt. Illius enim
Arbor difficilis acceſſu eſt, altique ei ad cælum uſque
Rami excreverunt. Quos autem fortitudo comitatur
Et labor, jucundiſſimum ex labore fructum metunt,
Ad inclytum coronatæ virtutis germen enixi.
Quare age, dignum te laude geras, & in cordato pectore,
Neque propter res adverſas animum ægritudine nimium
excrucies:
Neque in rebus ſecundis lætitia te efferas. Benigna
etiam tibi mentis affectio ſit
Erga caros amicos, erga filios, erga uxores.

Et

Vir Scholaſticus, cui ingenium fuit minus concinnum. *Pauw.*

197. Ὅζοι ἀπηίξηθ' ὑπόσοισι δὲ &c.] Ὅζοι ἀπηίξηθεν ὑπόσοισι. *Rhod.* Ita Rhodomannus in Corrigendis, cum antea in Emendationibus poſuerat ἀπηίξηθ': Operæ haud dubie peccarunt, & ipſe voluit ἀπηύξηθεν. *Pauw.*

199. Εἰς ἀρετῆς ἀναβάντες ἱδρῶτι φάσσον κλυτὸν ἔρνος] Illud ἔρνος etiam miſere languet poſt Πρίμοι δυσβατὸν ἴσι &c, et ἀρετῆς ἐπὶ τέρμασ'. *Pauw.*

Μνωομένῳ κατὰ θυμὸν, ὅτε σχεδὸν ἀνθρώποισιν
Οὐλομένοιο μόροιο πύλαι, καὶ δώματα νεκρῶν·
Ἀνδρῶν γὰρ γένος ἐστὶν ὁμόϊον ἄνθεσι ποίης,
Ἀνθεσιν εἰαρινοῖσι, τὰ μὲν φθινύθει, τὰ δ' ἀέξει·
Τοὔνεκα μείλιχος ἔσσο, καὶ Ἀργείοισιν ἔνισπε,
Ἀτρείδῃ δὲ μάλιστα, καὶ Ἀγαμέμνονι, εἴγε τὶ θυμῷ
Μέμνησθ', ὅσσ' ἐμόγησα περὶ Πριάμοιο πόλῃα,
Ἠδ' ὅσα λῃϊσάμην πρὶν Τρώϊον οὖδας ἱκέσθαι,
Τῷ μοι νῦν κατὰ θυμὸν ἐελδομένῳ περὶ πάντων,
Λῃΐδος ἐκ Πριάμοιο Πολυξένην εὐπέπλον
Ὄφρα θεῶς ῥέξωσιν, ἐπεὶ σφίσι χώομαι ἔμπης
Μᾶλλον ἔτ' ἢ τοπάρος Βρισηΐδος· ἀμφὶ δ' ἄρ' οἶδμα
Κινήσω πόντοιο, βαλῶ δ' ἐπὶ χείματι χεῖμα,
Ὄφρα καταφθινύθοντες ἀτασθαλίῃσιν ἑῇσι,
Μίμνωσ' ἐνθάδε πολλὸν ἐπὶ χρόνον, εἰσόκ' ἔμοιγε
Λοιβὰς ἀμφιχέωνται, ἐελδόμενοι μέγα νόστου·
Αὐτὴν δ', εἴ κε θέλωσιν, ἐπὴν ἀπὸ θυμὸν ἕλωνται,
Κούρην ταρχύσασθαι ἀπόπροθεν, οὕτι μεγαίρω.
Ὡς εἰπὼν, ἀπόρουσε θοῇ ἐναλίγκιος αὔρῃ,
Αἶψα δ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, ἧχι τέτυκται *
Οὐρανοῦ ἐξ ὑπάτοιο καταιβασίη, ἄνοδός τε
Ἀθανάτοις μακάρεσσιν· ὅ δ' ὁππότε μιν λίπεν ὕπνος,
Μνήσατο πατρὸς ἑοῖο· γόος δέ οἱ ἦϋς ἰάνθη·

Αλλ'

204. *Μνωομένῳ κατὰ θυμὸν, ὅτε σχεδὸν ἀνθρώποισι*] ὅτι σχεδὸν. *Pauw.*

209. *Ατρείδῃ δὲ μάλιστα, καὶ Αγαμέμνονι*] *Ατρείδῃ δὲ μάλιστ' Αγαμέμνονι. Rhod.*

210. *Μέμνησθ'*] Peſſimum eſt *Μέμνησθ'*: Nam perſonæ ſecundæ hic locus eſt nullus, ut quisque videt ſtatim: Scribe igitur *Μέμνητ'* vel *Μέμνηθ'*. *Pauw.*

211. *Ηδ' ὅσα λῃϊσάμην πρὶν Τρώϊον οὖδας ἱκέσθαι*] Hoc iterum Prædonis eſt, non Herois. *Pauw.*

213. *Πολυξένην εὐπέπλον*] *Πολυξείνην.* Ita verſus depoſtulat. *Dausq.*

218. *εἰσόκ' ἔμοιγε Λοιβὰς ἀμφιχέωνται*] Sanguis Polyxenæ effundendus erat, & ſic Achilles mortuus frui debebat virgine, ut alii aliarum corpore fruerentur vivi: Ita intellige *λοιβὰς*: Has & nihil aliud, deſiderabat

Et tibi ſuccurrat animo, quod in propinquo ſint hominibus
Pernicialis fati portæ, & functorum habitacula.
Genus enim humanum ſimile eſt plantarum floribus,
Floribus vernis; Alii intereunt, illi contra naſcuntur;
Idcirco mitis eſto. Et Argivis refer,
Maxime vero Atridæ Agamemnoni, ſi quid eorum adhuc animo
Memori hæret, quæ magno labore geſſerim ad Priami urbem,
Et quantum prædæ coegerim, antequam in campum Trojæ perventum eſt.
Ideo mihi nunc ex animo præ cunctis (aliis) cupienti,
E Priami ſpoliis Polyxenam decenter amictam
Quamprimum mactent: Nam ipſis ſuccenſeo adhuc
Magis, quam olim propter Briſeidem: & undique fluctus
Maris commovebo, ac tempeſtati tempeſtatem accumulabo;
Ut peccatis ſuis intabeſcentes,
Ad longum hic maneant tempus: donec mihi
Libamina diffuderint, magno reditus deſiderio adacti.
Ipſam vero, ſi volent, quando animam eripuerint,
Puellam ſepeliri a me ſeorſum, non invideo.
Sic fatus; velocis in morem auræ ſubito receſſit:
Et confeſtim in campum Elyſium migravit, ubi eſt
Deſcenſus ex alto cælo & aſcenſus
Diis immortalibus. Ille autem cum ſomnus ipſum reliquiſſet,
Recordabatur patris ſui, generoſusque ejus animus lætitia percellebatur.

At

rabat anima Herois: Ideo addit, *Αὐτὴν δ', εἴ κε θέλωσι* &c. *Rauw.*

223. *Αἶψα δ' ἐς Ηλύσιον πεδίον, ἵχι τέτυκται* *] Poſt *πεδίον* deeſt forte *μόλεν* vel *κίεν*. *Rhod.* Forte *ἐς Ηλύσιον κίδον ἵπτατο*: auræ namque Achillis aſſimilavit umbram. Brodæus *κίεν* inſerit, aut *μόλεν*: recte. *Dausq.*

224. *Οὐρανοῦ ἐξ ὑπάτοιο καταιβασίη, ἄνοδός τε*] *καταιβασίη τ', ἄνοδός τε. Rhod.*

226. *γόος δέ οἱ ἠΰς ἐάνθη*] *γόος δέ οἱ ἠΰς. Rhod.*

Αλλ' ὅτ' ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἀνήϊεν Ηριγένεια,
Νύκτα διασχεδάσασ', ἐφάνη δ' ἄρα γαῖα, καὶ αἰθὴρ,
Δὴ τότ' Αχαιῶν υἷες ἀπ' ἐκ λεχέων ἀνόρουσαν
Ιέμενοι νόστοιο· νέας δ' ἐς βένθεα πόντου
Εἶλκον καγχαλόωντες ἀνὰ φρένας, εἰ μὴ ἄρ' αὐτοὺς
Εσσυμένους κατέρυκεν Αχιλλέος ὄμβριμος υἱὸς,
Εἰς ἀγορήν τε κάλεσε, καὶ ἔφατο πατρὸς ἐφετμήν·
Κέκλυτέ μευ φίλα τέκνα μενεπτολέμων Αργείων
Πατρὸς ἐφημοσύνην ἐριχυδέος, ἣν μοι ἔνισπε,
Χθιζὸν ἐνὶ λεχέεσσι διὰ κνέφας ὑπνώοντι·
Φῆ γὰρ ἀειγενέεσσι μετέμμεναι ἀθανάτοισιν·
Ηνώγει δ' ὑμέας τε, καὶ Ατρείδην βασιλῆα,
Οφρά οἱ ἐκ πολέμοιο γέρας περικαλλὲς ἄραιτε,
Τύμβον ἐπ' εὐρώεντα Πολυξένην εὔπεπλον·
Καί μιν ἔφη ῥέξαντας, ἀπόπροθι ταρχύσασθαι·
Εἰ δέ οἱ οὐκ ἀλέγοντες ἐπιπλώαιτε θάλασσαν,
Ηπείλει κατὰ πόντον ἐναντία κύματ' ἀείρας,
Λαὸν ὁμῶς νήεσσι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύζειν.
Ως φαμένου, πείθοντο, καὶ ὡς θεῷ εὐχετόωντο·
Καὶ γὰρ δὴ κατὰ βένθος ἀέξετο κῦμα θυέλλῃ
Εὐρύτερον, καὶ μᾶλλον ἐπίτριμον, ἢ πάρος ἦεν,
Μαινομένου ἀνέμοιο· μέγα δ' ὀροθύνετο πόντος

Χερσὶ

233. Εἰς ἀγορήν τε κάλεσε, καὶ ἔφατο πατρὸς ἐφετμήν] κάλεσσε, καὶ ἔφατο. *Rhod.* Scribe:

Εἰς ἀγορὴν κάλεσσε, καὶ εὖ φάτο πατρὸς ἐφετμήν.

Dausq. Ego Rhodomannum sequor. *Pauw.*

236. Χθιζὸν ἐνὶ λεχέεσσι] Forte Χθιζὸς. *Rhod.* Ita legas, per me licet: Eodem jure scribere possem V. 145. hujus Libri, Χθιζῷ γὰρ καμάτοιο μέτης. *Pauw.*

240. Πολυξίνην εὔπεπλον] Πολυξείνην. *Rhod.*

242. Εἰ δέ οἱ οὐκ ἀλέγοντες ἐπιπλώαιτε θάλασσαν] Illud οἱ referri debet ad ἐπιπλώαιτε θάλασσαν: Nam ἀλέγοντες cum casu secundo vel quarto construitur: Nihil notius. An tamen legendum, Εἰ δέ ἑ vel Εἰ δ' οὐ οὐκ ἀλέγοντες? Id verum forte:

At poſtquam Aurora in amplum aſcendit cælum,
Diſpulſa nocte, & luci expoſita fuit tellus & æther:
Exin Achivum nati e ſtratis exſilierunt,
Reditus percupidi: navesque in altum maris gurgitem
Traxiſſent geſtientes animis; niſi eis
Properantibus obſtetiſſet præſtans Achillis natus,
Et ad concionem vocaſſet. Ubi parentis mandata expoſuit.
Audite ex me, cari bello præſtantium Argivum nati,
Clariſſimi patris mandatum, quod mihi indicavit
Heri in lecto, per noctem dormienti:
Dixit enim, ſe Diis intereſſe immortalibus:
Juſſitque vos & Imperatorem Atriden,
Ut ſibi ex manubiis belli honorarium perpulcrum deligatis,
Polyxenam (videlicet) decore amictam, vaſto ſuper tumulo (immolandam.)
Edixit etiam, ut eam ſacrificio peracto ſeparatim terræ mandetis.
Quod ſi ſpreto ipſius mandato mare ſulcaveritis,
Interminatur, ſe adverſis in mari fluctibus excitatis,
Exercitum una cum navibus longo tempore hic remoraturum.
Talia dicenti aſſentiuntur: & (Achilli) tanquam Deo vota faciunt.
Namque ſubito in profundo inſurgit fluctus cum procellis
Vaſtior & magis continuus, quam antea fuerat,
Vento furente: & ingens commovebatur Pontus Nep-

forte: Nam durius eſt vulgatum, ita ut dixi, acceptum. *Pauw.*

247. καὶ μᾶλλον ἐπίτριμον, ἢ πάρος ἦεν] ἐπήτριμον. *Rhod.* Rhodomannus ἐπήτριμον: Utrumque in Libris invenitur, & a Grammaticis recenſetur: Videbimus diſtinctius alibi. *Pauw.*

248. μέγα δ' ὀρθύνετο πόντος] μέγας δ' ὀρθύνετο. *Rhod.* Non neceſſe, ubi cæſura adeſt. *Pauw.*

250.

Χερσὶ Ποσειδάωνος· ὁ γὰρ κρατερῷ Ἀχιλῆϊ
Ἦρα φέρεν· πᾶσαι δὲ θοῶς ἐνόρουσαν θύελλαι
Ἐς πέλαγος· Δαναοὶ δὲ μέγ' εὐχόμενοι Ἀχιλῆϊ,
Πάντες ὁμῶς μάλα τοῖα πρὸς ἀλλήλους ὀάριζον,
Ἀτρεχέως γενεῇ μεγάλου Διὸς ἦεν Ἀχιλλεύς·
Τῷ καὶ νῦν θεός ἐστι, καὶ εἰ πάρος ἔσχε μεθ' ἡμῖν·
Οὐ γὰρ ἀμαλδύνει μακάρων γένος ἄμβροτος αἰών·
Ὡς φάμενοι, ποτὶ τύμβον Ἀχιλλέος ἀπονέοντο·
Τὴν δ' ἄγον ἠΰτε πόρτιν ἐς θάνατον, θυηλὰς
Μητρὸς ἀπειρύσαντες ἐνὶ ξυλόχοισι βοτῆρες,
Ἣ δ' ἄρα μακρὰ βοῶσα, κινύρεται ἀχνυμένη κῆρ·
Ὡς τῆμος Πριάμοιο πάϊς περιχωκύεσκε
Δυσμενέων ἐν χείρεσσιν· ἄδην δέ οἱ ἔχχυτο δάκρυ·
Ὡς δ' ὁπότε βριαρῷ ὑπὸ χείματι καρπὸς ἐλαίης,
Οὔπω χειμερίῃσι μελαινόμενος ψεκάδεσσι,
Χεύει πολλὸν ἄλειφα, περιτρύζωσι δὲ μακρὰ
Ἀρμεν' ὑπὸ σπάρτοισι, βιαζομένων ὑπ' αἰζηῶν,
Ὡς ἄρα καὶ Πριάμοιο πολυτλήτοιο θυγατρὸς
Ἐλκομένης ποτὶ τύμβον ἀμειλίκτου Ἀχιλῆος,
Αἰνὸν ὁμῶς στοναχῇσι κατὰ βλεφάρων ῥέε δάκρυ·

Καί

250. πᾶσαι δὲ θοῶς ἐνόρουσαν θύελλαι] ἐνόρουσαν ἄελλαι. *Rhod.*

253. Ἀτρεκέως γενεῇ μεγάλου Διὸς ἦεν Ἀχιλλεύς] γενεὴ. *Rhod.* Rhodomanni γενεὴ non improbo: Similiter habuimus de Æthra Libr. præced. V. 508. Οὐ γὰρ Τρωϊάδων γένος ἔυχομαι: Nam ut hic γενεὴ, ita ibi ſumitur γένος. Non tamen rejiculum vulgatum, Ἀτρεκέως Ἀχιλλεὺς ἦεν μεγάλου Διὸς γενεῇ, *erat a magno Jove ortu & progenie. Pauw.*

257. Τὴν δ' ἄγον ἠΰτε πόρτιν ἐς θάνατον, θυηλὰς] ἐς ἀλαπάδνοιο θυηλὰς. *Rhod.* Scribe, ἐς ἀλαπάτοιο θυηλὰς. Correctio eſt a doctiſſimo Brodæo. *Dausq.* Minus conveniens eſt Τὴν, ubi nomen Polyxenæ non eſt in vicinia. *Pauw.*

261. Δυσμενέων ἐν χείρεσσιν] Δυσμενίων ἐν χερσὶν. *Rhod.*

264. Χεύει πολλὸν ἄλειφα, περιτρύζωσι δὲ μακρὰ] Χεύῃ, vel περιτρύζωσι, ut modi conveniant. ὅτε autem & ὁπότε tam indicativo, quam conjunctivo præponuntur. *Rhod.* Miror, ubi

Neptuni manibus. Is enim forti Achilli
Hanc gratiam impendit. Omnes vero repente turbines irruunt
In Pelagus. Danai igitur magnis se votis obstringentes Achilli,
Cuncti simul talia inter sese identidem memorabant.
Revera magni Jovis propago fuit Achilles.
Idcoque nunc Deus est, etsi antea nobiscum fuit.
Non enim superum progeniem abolet sempiternum ævum.
Sic fati; ad bustum Achillis redeunt,
Et Polyxenam ducunt, sicut juvencam ad Dei (alicujus) sacrum
Pastores a matre abstractam in sylva (ducunt;)
Illa prolixo reboans mugitu, mœsto corde lamentatur.
Ita tunc Priami nata ululatu complebat omnia,
Inter inimicorum manus, & ubertim ei lacrymæ promanabant.
Sicut ubi duram sub hyemem olivæ fructus,
Nondum hybernis pruinis nigrescens,
Multum pinguedinis emittit, & stridet ingens
Trapetum, dum sparteis funibus torquetur a juvenibus.
Non secus etiam multa experti Priami natæ,
Dum abstrahitur ad bustum sævi Achillis,
Tristes lacrymæ cum gemitibus ex oculis defluebant:

Adco-

ubi hanc modorum convenientiam toties in his neglexit Rhodomannus. Pro ἄλιφας hic habes ἄλιφα, de quo Herodianus apud Eustathium, ut notum. P. 265. Ἁρμοὶ ὑπὸ σπάρτοισι, βιαζομένων ὑπ' αἰζηῶν] Abime alterum ὑπὸ, & σπάρτοισι funes sparteos torquendo prælo intellige, ut Iliade Β.

Δοῦρα σίσπτε νεῶν, καὶ σπάρτα λίλυνται.

Vide Plinium Lib. 24. Cap. 9. Ejusmodi funes *Serilla* vocavit Pacuvius in Niptris. *Dausq.* Recte Dausquejus βιαζομένων αἰζηῶν: Nam ὑπὸ Versum corrumpit. μαχρὰ ἄρμενα sunt phalanges, quibus una cum funibus comprimitur torcular: Quare dubito, an pro ὑπὸ σπάρτοισι non accommodatius legeretur ἐπὶ σπάρτοισι: Attende & judica. *Pauw.*

278.

Καί οἱ κόλπος ἔνερθεν ἐπλήθετο· δεύετο δὲ χρὼς,
Ατρεχέως ἀτάλαντος ἐϋκτεάνῳ ἐλέφαντι·
Καὶ τότε λευγαλέοις ἐπὶ πένθεσι κύντερον ἄλγος
Τλήμονος ἐς κραδίην Εκάβης πέσεν· ἐν δέ οἱ ἦτορ
Μνήσατ' ὀϊζυροῖο, καὶ ἀλγινόεντος ὀνείρου,
Τόν ῥ' ἴδεν ὑπνώουσα παροιχομένῃ ἐνὶ νυκτὶ·
Η γὰρ ὀΐετο τύμβον ἐπ' ἀντιθέου Αχιλῆος
Εστάμεναι γοόωσα· κόμαι δέ οἱ ἄχρις ἐπ' οὖδας
Εκ κεφαλῆς ἐκέχυντο, καὶ ἀμφοτέρων ἀπὸ μαζῶν
Ερρεε φοίνιον αἷμα ποτὶ χθόνα· δεύετο δὲ σῆμα·
Τοῦ περιδειμαίνουσα, καὶ ὀσσομένη μέγα πῆμα,
Οἰκτρὸν ἀνωλύζεσκε· γόῳ δ' ἐπὶ μακρὸν ἀύτει,
Εὖτε κύων προπάροιθε κινυρομένη μεγάροιο,
Μακρὸν ὑλαγμὸν ἵησιν, ἐὸν σπαργεῦσα γάλακτι,
Τῆς ἀπὸ νήπια τέκνα, πάρος Φάος εἰσοράασθαι,
Νόσφι βάλωσιν ἄναχτες, ἕλωρ ἔμεν οἰωνοῖσιν,
Η δ' ὅτε μέν θ' ὑλακῇσι κινύρεται, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ωρυθμῷ, στυγερὴ δὲ δι' ἠέρος ἔσσυτ' ἀϋτὴ·
Ως Εκάβη γοόωσα, μέγ' ἴαχεν ἀμφὶ θυγατρὶ·
Ω μοι ἐγὼν, τί νυ πρῶτον, ἠδ' ὕστατον, ἀχνυμένη κῆρ,
Κωκύσω, πολέεσσι περιπλήθουσα κακοῖσιν;
Υἱέας, ἢ πόσιν, αἰνὰ, καὶ οὐκ ἐπίαλπα παθόντας;
Η πό-

278. *δεύετο δὲ σῆμα*] *δεῦε δὲ σῆμα*. *Rhod.*

280. *Οἰκτρὸν ἀνωλύζεσκε*] Nota *ὀλύζω* pro *ἀλολύζω*: Nam inde *ἀνωλύζεσκε* pro *ἀνωλολύζεσκε*. *Ραιω.*

282. *Μακρὸν ὑλαγμὸν ἵησιν, ἣν σπαργεῦσα γάλακτι*] *ἵησι, νίφει, velvíω, velἵησιν, ἰῷ σπαργεῦσα γάλακτι*. *Rhod.* Lege, *ἰῷ σπαργεῦσα γάλακτι*. Pro *σπαργεῦσα* ſcripturiebam *σφαργεῦσα*, quod in Odyſſea lectum: *Οὖθατα δὲ σφαργεῦντο*. Id autem diſtenti uberis eſt: At manum, animumque ſuſtinere cogit. Heſychius: *Σπαργᾷ, ὅτι οἱ μαστοὶ πλήρεις εἰσὶ γάλακτος*. Item: *Σπαργῶσι, πλημμυροῦσι, ἀποσκάζουσιν*. *Dauiq.* *ἰῷ σπαργεῦσα γάλακτι* & mihi placet. *σπαργᾶν* & *σπαργεῖν* magis trita ſunt & nota, quam *σφαργεῖν*, ut ſciunt ipſi Tyrones:

Adeoque ſinus ei ſubtus replebatur, madeſcebatque cutis
Revera precioſiſſimo ebori ſimilis.
Tunc etiam poſt (tot) funeſtos luctus fœdior cruciatus
In cor Hecubæ infelicis irruit. Animus namque ejus
Reminiſcebatur miſeri ac dolorifici ſomnii,
Quod præterita nocte quieſcens viderat.
Nam putabat ſe ad ſemidei Achillis tumulum
Stare lugentem: & capilli ad terram uſque ipſi
A capite defluebant, & geminis ab uberibus
Manabat lethalis cruor humi, & monimentum rigabat.
Ob hoc metu anxia, & calamitatem non exiguam præ-
ſagiens,
Miſerabilem ululatum edit, & cum gemitu majorem
in modum exclamavit;
Non ſecus ac canis, ante ædes (veluti) lamentans
Magnum latratum emittit, ſuo lacte diſtenta,
A qua tenellos catulos, priusquam lucem intuerentur,
Procul abjecerint domini; ut alitibus præda ſiant:
Illa igitur nunc latrando luctum prodit, nunc rurſus
Ululando, odioſusque per aëra queſtus fertur.
Ita & Hecuba lamentans magnum filiæ cauſa vocife-
ratum edidit.
Heu mihi! Quid primum aut ultimum mœſto corde
Deplorem, innumeris calamitatibus oppleta?
Natos an virum, dira & inſperata perpeſſos?

An

nes: Quare Dausquejum in eo iterum agnoſco vere. *Pauw.*

288. Ω μοι ἐγὼν, τί νυ πρῶτον, τί δ' ὕστατον, ἀχνυμένῃ κῆρ] πρῶτοι, ἰδ' ὕστατον. *Rhod.* Corrige ex Odyſſea: Ω μοι ἐγὼν, τί νυ πρῶτα; τί δ' ὕστατον ἀχνυμένῃ κῆρ. *Dausq.* Legi etiam poteſt, τί νυ πρῶτον ἢ ὕστατον. *Pauw.*

290. Τίπας, ἢ πόσιν] ἢ hic non convenit: Scribendum ſuſpicor, Τίπας καὶ πόσιν. *Pauw.*

Ibid. αἰνὰ, καὶ οὐκ ἐπίολπα παθόντας] Scribe ἐπίελπτα, inſperata. Vel οὐκ ἐπίιπτα. Heſychius: Ἐπίιπτα, φορητὰ, ὑποχωρητὰ. Utitur Homerus Odyſſ. Θ. *Dausq.* Mutare non audeo ἐπίολπα, quia mox recurrit, & apud Heſychium eſt ſuo loco, Ὄλπα, ἡ ἐλπὶς: Sic enim vocis matrem habemus: ὄλπα, ἄέλπτος, ἐπίολπος, &c. *Pauw.*

291.

Ἡ πόλιν, ἠδὲ θύγατρας ἀδευκέας, ἠδ' ἐμὸν αὐτῆς
Ἦμαρ ἀναγκαῖον, ἢ δούλειον; οὕνεκα κῆρες
Σμερδαλέαι πολέεσσί μ' ἐνειλήσαντο κακοῖσι·
Τέκνον ἐμὸν, σόι τ' αἰνὰ, καὶ οὐκ ἐπίολπα, καὶ αὐτῇ
Ἀλγε' ἐπεκλώσαντο· γάμου δ' ἀπὸ νόσφι βάλοντο,
Ἐγγὺς ἐόνθ' Ὑμεναῖον, ἐπεκρήναντο δ' ὄλεθρον
Ἀσχετον, ἀργαλέον τε, καὶ οὐ φατὸν· ἦ γὰρ Ἀχιλλεὺς
Καὶ νέκυς ἡμετέρῳ ἐνὶ μαίνεται αἵματι θυμὸν·
Ὡς μ' ὄφελον μετὰ σεῖο φίλον τέκος ἤματι τῷδε
Γαῖα χανοῦσα κάλυψε, πάρος σέο πότμον ἰδέσθαι.
Ὡς φαμένης, ἄλληκτα κατὰ βλεφάρων χεύοντο
Δάκρυα· λευγαλέον γὰρ ἔχεν μέγα πένθεϊ πένθος.
Οἷ' ὅτ' ἔβαν ποτὶ τύμβον Ἀχιλλῆος ζαθέοιο,
Δὴ τότε οἱ φίλος υἱὸς ἐρυσάμενος θοὸν ἄορ,
Σκαιῇ μὲν κούρην κατερήτυε, δεξιτερῇ δὲ
Τύμβῳ ἐπιψαύων, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπε·
Κλῦθι πάτερ σέο παιδὸς ἐπευχομένοιο, καὶ ἄλλων
Ἀργείων, μήδ' ἦμιν ἔτ' ἀργαλέως χαλέπαινε·
Ἤδη γάρτοι πάντα τελέσσομεν, ὅσσα μενοινᾷς
Σῇσιν ἐπὶ πραπίδεσσι· σὺ δ' Ἴλαος ἄμμι γένοιο,
Τεύξας εὐχομένοισι θοῶς θυμηδέα νόστον.
Ὡς εἰπὼν, κούρης διὰ λοίγιον ἧλασεν ἄορ
Λευκανίης· τὴν δ' αἶψα λίπεν πολυήρατος αἰὼν,
Οἰκτρὸν ἀνοιμώξασαν ἐφ' ὑστατίῃ βιότοιο·
Καί ῥ' ἡ μὲν πρηνὴς χαμάδις πέσε· τῆς δ' ὑπὸ δειρὴ

Φοι-

291. ἠδὲ θύγατρας ἀδευκέας] *acerbas*, acerbique doloris causam mihi præbentes: Epithetum est paulo incertius: Eruditi sciunt. *Pauw.*

292. Ἦμαρ ἀναγκαῖον, ἢ δούλειον] Ἦμαρ ἀναγκαῖον, καὶ δούλιον. *Rhod.*

296. ἐπεκρήναντο δ' ὄλεθρον] Brodæus ἐπεκρίναντο. *Dausq.* Signatius est ἐπεκρήναντο, quam ἐπεκρίναντο; inprimis post Ὑμεναῖον ἀπὸ νόσφι βάλοντο, quod factum, non consilium, exprimit. *Pauw.*

298. ἡμετέρῳ ἐνὶ μαίνεται αἵματι] Malim fere ἐπιμαίνεται conjunctim. *Pauw.*

301.

An urbem & natas infelices, & meum ipſius
Diem violentum & ſervilem? Nam Parcæ
Horrendæ plurimis me involverunt malis.
Et tibi etiam ipſi, mea nata, graves nec unquam exſpectatas
Miſerias agglomerarunt ſua colo, & procul a nuptiis repulerunt
Hymenæum, qui jam prope erat, exitiumque (tibi) conciliarunt
Inevitabile, ſævum, & infandum: Nam Achilles
Etiam exſtinctus animi ſævitiam exſerit in noſtrum ſanguinem.
Utinam vero me tecum, dulciſſima proles, hodie
Terra dehiſcens obtexiſſet, antequam interitus tui ſpectatrix forem.
Ita querentis continuæ ex oculis funduntur
Lacrymæ. Funeſtum enim luctum luctu auctum habebat.
Græci autem cum ad ſepulchrum divini Achillis perveniſſent,
Mox filius ejus dilectus enſem acutum ſtringens,
Læva quidem puellam tenebat, dextera autem
Buſtum contingens, tali eum oratione appellabat.
Audi, pater, filium tuum precantem, alioſque
Argivos, nec amplius infeſto nobis animo ſuccenſe.
Jam enim tibi omnia peragemus, quæ deſideras
Animo tuo. Tu ergo propicius ſis nobis,
Dulcem extemplo optantibus reditum ſternens.
His dictis mortiferum adigit gladium per puellæ
Jugulum: quam & extemplo dulcis vita deſtituit,
Miſere ingemiſcentem in extremo vitæ articulo.
Prona igitur humi prolabitur, & cervix ejus

Circum-

301. Ὡς φαμένης, ἄλληκτα] ἀλλήκτα. *Rauw.*

302. λιγγαλίοι γὰρ ἔχει μέγα πάλλει κήτος] μετὰ πάλλει. *Rhod.*

305. δεξιτερῇ δὲ Τύμβῳ ἐπιψαύων] Τύμβῳ ἐπιψαύων. *Rhod.*

315. τῆς δ' ὑπὸ δειρὴ φοινίχθη περὶ πάντα] περὶ πάντα. *Rhod.*

Φοινίχθη περὶ πάντων, χιὼν ὡς, ἤτ' ἐν ὄρεσσιν
Η συὸς, ἢ ἄρκτοιο κατ' οὐταμένης ὑπ' ἄκοντι,
Αἵματι φύροντι θοῶς ἐρυθαίνεθ' ὕπερθεν·
Αργεῖοι δέ μιν αἶψα δόσαν ποτὶ ἄστυ φέρεσθαι
Ες δόμον ἀντιθέου Αντήνορος, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
Κεῖνος ἐνὶ Τρῳέσσιν ἑῷ πάρος υἱέϊ δίῳ
Εὐρυμάχῳ ἀτίταλλεν ἐνὶ μεγάροισιν ἄκοιτιν·
Ος δ' ἐπεὶ οὖν τάρχυσε κλυτὴν Πριάμοιο θύγατρα
Εγγὺς ἑοῖο δόμοιο, παραὶ Γανυμήδεος ἱρὸν
Δώματα, καὶ νηῷο κατ' ἀντίον Ατρυτώνης,
Δὴ τότε παύσατο κῦμα, κατευνήθη δὲ θύελλα
Σμερδαλέη, καὶ κῦμα κατεπρήϋνε γαλήνη·
Οἱ δὲ θοῶς ἐπὶ νῆας ἔβαν, μέγα καγχαλόωντες,
Μέλποντες μαχάρων ἱερὸν γένος, ἠδ' Αχιλῆα·
Αἶψα δὲ δαῖτ' ἐπάσαντο, βοῶν ἀπὸ μηρὰ ταμόντες
Αθανάτοις· ἐρατὴ δὲ θυηπολίη πέλε πάντη·
Οἱ δέ που ἀργυρέοισι, καὶ ἐν χρυσέοις κυπέλοισι
Πίνον, ἀφυσσάμενοι λαρὸν μέθυ· γήθεε δὲ σφι
Θυμὸς, ἐελδομένων σφετέρην ἐπὶ γαῖαν ἱκέσθαι·
Αλλ' ὅτε δὴ δόρποιο, καὶ εἰλαπίνης κορέσαντο,

Δὴ

Rhod. Brodæus. πεϱὶ πάντᾳ. Tranſlatum reor, & divulſum ex compoſito πεϱιφοινίχθη, & ſcribendum Φοινίχθη πέϱι πᾶσα. *Dausq.* Dausqueji Φοινίχθη πέϱι πᾶσα non diſplicet: Scribendum tamen πεϱὶ, non πέϱι: Nam πεϱιφοινίχθη non copulandum hic, ſed ὑπεϱφοινίχθη: quod bonus non animadvertit. πεϱὶ πᾶσα per ſe ſubſiſtit: *circum omnis. Pauw.*

317. ἢ ἄϱκτοιο κατ' οὐταμένης ὑπ' ἄκοντι] κατουταμένης. *Pauw.*

318. Αἵματι φύροντι θοῶς ἐρυθαίνεθ' ὕπερθεν] Αἵματι πορφυρόεντι. *Rhod.*

319. Αργεῖοι δέ μιν αἶψα δόσαν &c.] Poſtquam ſanguine libatum erat Achilli aperto virginis jugulo: Eo pertinet λοιβὰς ἀμφιχέωνται Verſu 219. *Pauw.*

324. παραὶ Γανυμήδεος ἱρὸν Δώματα] ἱρὰ Δώματα. *Rhod.*

325. νηῷο κατ' ἀντίον Ατρυτώνης] κατεντίον. *Pauw.*

327. καὶ κῦμα κατεπρήϋνε γαλήνη] Verſu præcedenti κῦμα etiam

Circumquaque rubeſcit, nivis inſtar, quæ in monte
Vel ſuis, vel urſæ jaculo ſauciatæ,
Purpureo ſanguine repente in ſummo purpureum colorem bibit.
Græci autem illam extemplo ad urbem dederunt auferendam
In domum præſtantis virtute Antenoris: Quia ipſam
Hic inter Trojanos antehac filio ſuo
Eurymacho domi ſuæ uxorem educaverat.
Hic ergo poſtquam nobilem Priami natam funeraſſet,
Prope domum ſuam, juxta ſacram Ganymedis
Ædem, & e regione templi Minervæ;
Exin fluctus reſedit, & ſopita eſt procella
Horrenda, fluctumque tranquillitas pacavit.
Illi ergo ſine mora naves conſcendunt, lætitia exſultantes,
Sacrumque Deorum genus celebrant, atque ipſum Achillem.
Mox etiam ſolennes inſtituunt dapes, cum boum femora præſecuiſſent
Diis immortalibus, & ubique lætum erat ſacrificii epulum.
Ipſi interim ex argenteis & aureis poculis
Dulce merum haurientes bibebant, gaudioque delibutus ipſis erat
Animus, quod in terram ſuam ſe (propediem) redituros ſperarent.
Cum vero cibi & convivii ſatietas illos cepiſſet;

Tan-

etiam adeſt: An ita Quintus? Dubito; & pro κῦμα hic ſcriptum forte primum οἶδμα. *Pauw.*

328. & 329. Plane gemella habuimus V. 85. & ſeqq. hujus Libri. *Pauw.*

332. καὶ ἐν χρυσέοις κυπέλλοισι] vel χρυσείοισι κυπέλλοις. *Rhod.* Ita reponendum arbitror: Junge V. 139. Lib. 4. & quæ ibi notata ſunt. *Pauw.*

333. χάθεε δ' ὄφι Θυμὸς, ἐιλδομένων ὀφετέρῃ &c] ἐιλδομένοις. *Rhod.*

Δὴ τότε Νηλέος υἱὸς ἐελδομένοισιν ἔειπεν·
Κλῦτε φίλοι, πολέμοιο μαχρὴν φυγόντες ὁμοκλὴν,
Οφρα λιλαιομένοισιν ἔπος θυμηδὲς ἐνίσπω·
Ηδὴ γὰρ νόστοιο πέλει θυμηδέος ὥρη·
Αλλ' ἴομεν· δὴ γάρ που Αχιλλέος ὄμβριμον ἦτορ
Παύσατ' ὀϊζυροῖο χόλου, κατέρυξε δὲ κῦμα
Ὀμβριμον Εννοσίγαιος· ἐπιπνείουσι δ' ἀῆται
Μειλίχιοι· οὐδέ τι κῦμα κορύσσεται· ἀλλ' ἄγε νῆας
Εἰς ἁλὸς οἶδμ' ἐρύσαντες, ἀναμνησώμεθα νόστου.
Ως φάτ' ἐελδόμενος· οἱ δ' ἐς πλόον ἐντύνοντο·
Ενθα τέρας θῆητὸν ἐπιχθονίοισι φαάνθη,
Οὕνεκα δὴ Πριάμοιο δάμαρ πολυδακρύτοιο,
Εκ βροτοῦ ἀλγινόεσσα κύων γένετ'· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Θάμβεον ἀγρόμενοι· τῆς δ' ἄψεα λαίνα πάντα
Θῆκε θεὸς, θαῦμα μέγα ἐσσομένοισι βροτοῖσι·
Καὶ τὴν μὲν Κάλχαντος ὑπ' ἐγκεσίῃσιν Αχαιοὶ
Νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο πέραν θέσαν Ελλησπόντου·
Καρπαλίμως δ' ἄρα νῆας ἔσω ἁλὸς εἰρύσαντες,
Κτήματα πάντ' ἐβάλοντ', ὁπόσ' Ιλιον εἰσανιόντες,
Λῄσαντο πάροιθε, περιπτίονας δαμάσαντες,
Ηδ' ὁπόσ' ἐξ αὐτῆς ἄγον Ιλίου, οἷσι μάλιστα

Γή·

337. μαχρὴν φυγόντες ὁμοκλὴν] Scribe προφυγόντες. *Dausq.* Mihi placet, ut Verſui bene ſit, φεύγοντες. *Pauw.*

339. νόστοιο πέλει θυμηδέος ὥρη] θυμηδέος poſt θυμηδὲς: Hoc viri Scholaſtici acumen. *Pauw.*

341. Κατέρυξε δὲ κῦμα Ομβριμον Εννοσίγαιος] Et hic ὄμβριμον κῦμα poſt ὄμβριμον ἦτορ ſtudio ſcripſiſſe videtur Quintus. *Pauw.*

343. Μειλίχιοι· οὐδέ τι κῦμα κορύσσεται· ἀλλ' ἄγε νῆας] Verſus male habet: Scribe Μείλιχοι· οὐδέ τι. κῦμα κορύσσεται poſt κῦμα κατέρυξε non indignum eſt Calabri ſtylo: Alterum longe deterius V. 326. & 327. ideoque a nobis tentatum. *Pauw.*

345. Ως φάτ' ἐελδόμενος] ἐελδομένοις. *Rhod.*

350. Θῆκε θεὸς, θαῦμα μέγα ἐσσομένοισι βροτοῖσι] Θῆκε θεὸς, μέγα θαῦμα καὶ ἐσσομένοισι. *Rhod.* Non neceſſe: Nam γα in μέγα per cæſuram producto.

Ver-

Tandem Neleo ſatus bonæ ſpei plenos affatur.
Audite dilecti, qui diuturnas belli minas effugiſtis,
Ut gratum (id) cupientibus ſermonem proferam.
Jam enim optati reditus tempus adeſt.
Quare diſcedamus. Nunc enim fortis Achillis animus
Cladiferam abjecit iram: & undam compreſſit
Neptunus violentam, adſpirantque auræ
Placidæ, nec fluctus attollitur. Ideo agite navibus
In maris æſtum protractis de reditu cogitemus.
Sic ait ad cupidos: qui (mox) ad navigationem ſeſe inſtruebant.
Ibi prodigium mortalibus ſtupendum exhibetur.
Nam Priami afflictiſſimi uxor
Ex homine in tetram canem mutatur: populus igitur undique
Congregatus obſtupeſcebat: cuncta tandem ejus membra in ſaxum
Vertit Deus; ingens miraculum etiam poſteris hominibus.
Cæterum hanc monitu Calchantis, Achivi
Expedita navi trans Helleſpontum collocarunt.
Et properanter navibus in mare pertractis,
Omnes impoſuerunt opes, quaſcunque ad Ilium proficiſcentes,
Domitis (bello) finitimis de præda ceperant:
Et quaſcunque ex ipſa aſportabant Troja; quibus maxime

Gau-

Verſus non eſt pravus: καὶ autem ſententia non requirit, quia præceſſit jam τέρας θηητὸν ἐπιχθονίοισι φαάνθη, & ἀμφὶ δὲ λαοὶ Θάμβεον ἀγρόμενοι. Fac tamen, quod lubet. *Pauw.*

351. Ἀχαιοὶ Νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο πέραν θέσαν Ελλησπόντου] Interpres Νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο vertit, *expedita navi*: quod Græce non ſignificat, ſed *in expedita navi*: Sic autem θέσαι πέραν Ελλησπόντου non convenit, ut quiſque videt. Fallor, aut aliquid deeſt vel inter Ἀχαιοὶ & Νηὸς, vel inter ὠκυπόροιο & πέραν, ut verba dixerint, *Achivi navi expedita impoſitam trans Helleſpontum collocarunt*. In iſtam ſententiam quadrat

Γήθεον, οὕνεκ' ἔσαν μάλα μυρία· τοῖς ἅμα πολλαὶ
Ληϊάδες συνέχοντο μάλ' ἀχνύμεναι κατὰ θυμὸν·
Αὐτοὶ δ' ἐντὸς ἴκοντο νεῶν· ἀλλ' οὔ σφι Κάλχας
Εσπετ' ἐπειγομένοισιν ἔσω ἁλὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους
Αργείους κατέρυκε· Καφηρίσι γὰρ περὶ πέτραις
Δείδιεν αἰνὸν ὄλεθρον, ἐπεσσύμενον Δαναοῖσιν·
Οἱ δέ οἱ οὔτι πίθοντο· παρήπαφε γὰρ νόον ἀνδρῶν
Αἶσα κακὴ· μοῦνος δὲ θεοπροπίας εὖ εἰδὼς
Αμφίλοχος, θοὸς υἱὸς ἀμύμονος Αμφιαράου,
Μίμνεν ὁμῶς Κάλχαντι περίφρονι· τοῖσι γὰρ ἦεν
Αἴσιμον ἀμφοτέροισιν, ἐὴς ἀπὸ τηλόθι γαίης,
Παμφύλων Κιλίκων ποτὶ πτολίεθρα ναίεσθαι·
Αλλὰ τὰ μὲν μετόπισθε θεοὶ θέσαν· αὐτὰρ Αχαιοὶ
Νηῶν πείσματ' ἔλυσαν ἀπὸ χθονὸς, ἠδὲ καὶ εὐνὰς
Εσσυμένως ἀνάειραν· ἐπίαχε δ' Ελλήσποντος
Σπερχομένων· νῆες δὲ περικλύζοντο θαλάσσῃ·
Αμφὶ δ' ἄρα σφίσι πολλὰ περὶ πρώρῃσιν ἔκειντο
Εντε' ἀποκταμένων· καθύπερθε δὲ σήματα νίκης
Μυρί' ἀπηώρηντο· κατεστέψαντο δὲ νῆας,
Καὶ κεφαλὰς, καὶ δοῦρα, καὶ ἀσπίδας, ἦσι μάχονται

Αντία

ἐπ' ἀκυπόροιο νηὸς, quod ſyncerum videtur & vitii expers. *Rauw.*

357. τοῖς ἅμα πολλαὶ] Verborum cohærentia requirit τοῖς δ' ἅμα πολλαὶ. *Rauw.*

358. Ληϊάδες συνέχοντο μαλ' ἀχνύμεναι] συνέποντο. *Rhod.* Rhodomannus συνέποντο: Non refragor: Fors tamen συνέχοντο manere poteſt, ſi τοῖς ad κτήματα, non ad Argivos, referas: Inter illa κτήματα erant multæ bello captæ, & iſtis κτήμασιν ἅμα συνέχοντο miſeræ, jam pro hominibus res factæ, & inter bona, non inter perſonas, recenſendæ: Scis, quid Jus Romanum de ſervorum conditione & capitibus ſcribat: Eo pertinere poteſt lectio vulgata. Attende ad nexum verborum, & ſequens Αὐτοὶ δ' ἐντὸς ἴκοντο νεῶν. *Rauw.*

359. ἀλλ' οὔ σφι Κάλχας Εσπετ'] ἀλλ' οὔ σφισι Κάλχας. *Rhod.*

360. ἀλλὰ καὶ ἄλλους] Nota literarum & ſoni ſimilitudinem, etiam poſt ἁλὸς. *Rauw.*

368. Παμφύλων Κιλίκων ποτὶ πτολίεθρα ναίεσθαι] Κιλίκων τε

με-

Gaudebant, quod innumeræ eſſent. Eos autem multæ
Fœminæ bello captæ comitabantur, ægro animo (ſortem) ferentes.
Ipſi tandem ingreſſi fuerunt naves; Sed Calchas nequaquam illis
Se comitem dabat, propere ſe mari committentibus. Quin & cæteros
Argivos revocabat. Nam Capharides circa petras
Lugubre exitium Danais imminens, horrebat.
Hi vero dicto ejus non audientes erant: (deceperat enim mentem
Fatum inimicum) ſolus duntaxat fatidicæ artis probe gnarus
Amphilochus, acer præſtantis Amphiarai filius,
Cum docto Calchante remanſit. His enim erat
Ambobus fato decretum, ut procul a ſua patria,
Ad Pamphylorum Cilicumque urbes proficiſcerentur.
Verum hoc poſtea Dii perfecerunt. Interim Achivi
Navium retinacula a terra ſolvunt, & ancoras
Præpropere tollunt. Reſonatque fretum Helles
Horum feſtino diſceſſu, & naves mari circumluuntur:
In quarum proris multa undique jacebant ipſis
Arma cæſorum: ſuperne etiam ſigna victoriæ
Plurima ſuſpenſa erant, coroniſque naves induerant,
Et capita haſtasque & clypeos, quibus pugnaverant

Contra

εἶεσθαι. *Rhod.* Cilicum Pamphyliis conterminorum. Diverſi omnino ſunt populi. Mallus autem in Cilicia eſt. Sed operæ pretium eſt Strabonem audire: Πλησίον δὲ καὶ Μαλλὸς ἐφ' ὕψους κειμένη, κτίσμα Ἀμφιλόχου, καὶ Μόψου τοῦ Ἀπόλλωνος. Deinde: ταύτην γὰρ τὴν ἔφοδον μεταφέρουσιν ἔνιοι, καθάπερ καὶ Σοφοκλῆς εἰς τὴν Κιλικίαν, καλέσας αὐτὴν ἱκετῖδας Παμφυλίαν τραγικῶς, καλάπτις καὶ τὴν Κιλικίαν Καρίαν. Tzetzes in Lycophronem: Μετὰ τὰ κατὰ Τροίαν ὁ Μόψος, καὶ Ἀμφίλοχος ἦλθον εἰς Κιλικίαν. Ἀμφίλοχος δὲ ὁ Ἀμφιάρεω υἱὸς &c. Omnis prorſus tolletur difficultas, ſi Παμφύλων, Κιλίκων τε περὶ πτολίεθρα νίεσθαι legas, τε adjecto. Nam qui ναιετᾶσθαι defendunt, ridiculi ſunt. Brodæus apud. *Dauiq.*

376. καὶ δοῦρα, καὶ ἀσπίδας, ἧσι μάχονται] εἶσι μάχοντο. *Rhod.* Malo ἧσι μάχοντο. *Pauw.*

Αντία δυσμενέων· ἀπὸ δὲ πρώρηθεν ἄνακτες
Εἰς ἅλα κυανέην λεῖβον μέθυ, πολλὰ θεῇσιν
Εὐχόμενοι μακάρεσσιν, ἀκηδέα νόστον ὀπάσσαι·
Εὐχόμενοι δ' ἀνέμοισι μίγεν, καὶ ἀπόπροθι νηῶν
Μαψιδίως νεφέεσσι, καὶ ἠέρι συμφορέοντο·
Αἱ δ' ἄρα παπταίνεσκον ἐς Ἰλιον ἀχνύμεναι κῆρ
Λῃάδες· καὶ πολλὰ κινυρόμεναι, γοάασκον
Κρύβδην Ἀργείων, μέγ' ἐνὶ Φρεσὶ πένθος ἔχουσαι·
Καί ῥ' αἱ μὲν περὶ γούνατ' ἔχον χέρας· αἱ δὲ μέτωπα
Ἀμπεχον ἀγκοίνῃσι· τά δ' οὔποθ' ὑπὸ δούλειον ἦμαρ
Ἔστενεν, οὔτε πάτρης ἐπὶ πήμασιν, ἀλλ' ἐπὶ μαζῷ
Θυμὸν ἔχον· κηδέων γὰρ ἀπόπροθε νήπιον ἦτορ·
Πάσῃσιν δ' ἐλέλυντο κόμαι, καὶ στήθεα λυγρὰ
Ἀμφ' ὀνύχεσσι δέδρυπτο· παρειῇσι δ' ἐπὶ δάκρυ
Ἁλὸς ἐρὶ περίκειτο· κατείβετο δ' ἄλλ' ἐφύπερθε
Πυκνὸν ἀπὸ βλεφάρων· δέρκοντο δὲ τλήμονα πάτρην

Αἰθο-

380. *Εὐχόμενοι δ' ἀνέμοισι μίγεν, καὶ &c.*] *Εὐχωλαὶ δ' ἀνέμοισι. Rhod. εὐχερῶς* Rhodomannus, *Εὐχωλαὶ δ' ἀνέμοισι*, ut ventis commissa vota dicantur. An etiam *εὐτύχως*? Quid vetat orari superos, orari ventos, præsertim ab ituris mari? Legantur commentarii nostri ad Lib. 17. Silii Italici, ubi ab Italia in Africam solvit Scipio, & miro consensu hæc Calabri pagina cum Silio convenire judicabitur. Æneas Lib. 3. *Poscamus ventos* ——: idemque anterius *Placemus ventos*. Inibi Lib. 2. *sanguine placantur venti*. Adeo nil mirum est orari ventos. τὸ vero *μίγεν* jungendum est *περίεσσι*, ut navigantes a terris avulsi dicantur missi, quibus cælum undique & undique pontus. *Dausq.* Cum Rhodomanno haud dubie scribendum est, *Εὐχωλαὶ δ' ἀνέμοισι μίγεν*: Bonus Dausquejus non viriliter, sed aniliter ineptit: Nihil stultius, hercule, legi unquam. *Rauw.*

385. *αἱ δὲ μέτωπα Ἀμπεχον ἀγκοίνῃσι· τὰ δ' οὔποθ' ὑπὸ δούλειον ἦμαρ*] Vitiosus est hic locus, quem sic castigo: *χέρας· αἱ δὲ τὰ τέκνα Ἀμπεχον ἀγκοίνῃσι· τὰ δ' οὔπω δούλιον ἦμαρ. Rhod.* Locus male habet sine dubio; sed an ita constituendus sit, ut Rhodomannus credidit, summopere dubito: Plures enim habitus captivarum hic mihi videntur adumbrati. Quid igitur? Fallor, aut *αἱ δὲ μέτωπα Ἀμπεχον ἀγκοίνῃσι* vertendum est, *hæ vero frontem*

&

Contra hoſtes. De proris autem Imperatores
In cæruleum æquor merum libabant: multum Deos
Precantes, ut curarum expertem ipſis reditum donarent:
Sed preces ventis miſcebantur, & a navibus
Temere cum nubibus & aëre auferebantur.
Porro mœſto ad Trojam corde reſpiciebant
Captivæ, & multa (ſecum) queritantes plorabant
Clam Græcis, magnum animis luctum continentes.
Aliæ equidem genibus manus impoſitas habebant, aliæ adhuc pignora
Ulnis amplexabantur, quæ nondum ſervitutis tempus
Gemebant, neque patriæ ob cladem, ſed in mamma
Animum habebant. Extra curas enim eſt cor infantile.
Omnibus autem diſſolutæ comæ, & miſera pectora
Unguibus laniata erant, inque genis lacrymæ
Hærebant ſqualidæ, & aliæ deſuper ſtillabant
Confertim ex palpebris. Reſpectabant autem infelicem patriam

Omni-

